



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





SUBSIDIA DIPLOMATICA
AD
SELECTA JURIS
ECCLESIASTICI
GERMANIAE

ET
HISTORIARUM CAPITA ELUCIDANDA
EX
ORIGINALIBUS ALIISQUE
AUTHENTICIS DOCUMENTIS
CONGESTA, NOTIS ILLUSTRATA ET EDITA

a
STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWAIN,
Eminentiss. ac Celsiss. Archi Episcopi Princ. Elect. Moguntini Con-
siliario Eccles. Officiale &c. Insignis Ecclesiae Colleg. B. M. V.
ad Gradus Decano &c.

TOMUS DUODECIMUS.



ASTOR LIBRARY

FRANCOFURTI ET LIPSIAE
APUD TOBIAM GOEBHARDT,
BIBLIOPOLAM UNIVERSITATIS BAMBERGENSIS
MDCCLXXVIII.





LECTORI AMICO SALVTEM!



Sensa nostra candidè nuper aperuimus circa diversâ ejusdem anni initia in Germania Belgio & Gallia olim usitata; superest, ut in Data litterarum Curia Romanæ aliarumque Italiae Provinciarum nunc sedulo inquiremus, cum in aprico sit, quod varium ibidem sæculis prioribus jam obtinuerit & hodie obtineat anni initium.

Pisani, inquit Covarruvias, *) initium anni Incarnationis adsumunt novem mensibus ante Nativitatem, qua ratione annus a Nativitate quinquagesimus erit & ejusdem numeri ab Incarnatione usque ad vigesimam quintam Martii & ab hac die, qui est quinquagesimus annus a Nativitate erit quinquagesi-

a 2

gesi-

*) part. 2. Variar. Resolut. lib. 1. cap. 12. n. 2.



gesimus primus ab Incarnatione; qui quidem usus potius placuit quibusdam, quam is quo Florentini utuntur, tribus mensibus post Nativitatem incipientes numerum annorum Incarnationis. Unde juxta computationem hanc annus quinquagesimus a Nativitate usque ad XXV. diem Martii erit quadragesimus nonus Incarnationis & ab eo die erit quinquagesimus Incarnationis simul Nativitatis; qui tandem usus apud Romanam Curiam omnino servatur &c.

Quod de Florentinis scribit Covarruvias firmatur duabus chartis ex Camera Comput Paris. in quarum priore populus Florentinus & Franciscus Sfortia Dux Mediolanensis anno Incarnationis Christi MCCCCLI. Indictione XIV. secundum cursum & morem Florentinorum, die vero undecima mensis Septembris Angelum Acciolum ad Carolum Regem Franciæ legant ad ineundam cum illo societatem, qua inita in Castro Montiliorum in Turonibus XXI. die mensis Februarii an. MCCCCLI. eadem a Florentinis & Duce Mediolanensi comprobatur XXII. mensis Martii an. MCCCCLI. Indict. XV. secundum cursum & morem Florentinorum. unde patet Florentinos quemadmodum Gallos annum



num a XXV. Martii putasse; nam in altera charta, qui annus MCCCCLI. dicitur, fuit nostro more MCCCCLII. quo currebat indictio XV. ita Cangius in Glossario. v. annus.

Plerumque autem præsertim in Urbe annos a Nativitate Christi auspicabantur, prout supra in præfatione Tomi decimi subsidiorum Dipl. jam innuimus ex Concilio Coloniensi anno MCCCX. celebrato, quod can. 23. statuit, ut annus Domini in Nativitate Christi innovetur, prout Ecclesia Romana observat. Statuta urbis Mediolanensis part. I. cap. 109. More Mediolanensi annus incipere consuevit & de cætero incipiat in festo Nativitatis D. N. J. C. & hoc respectu instrumentorum publicorum & actorum judicialium tantum & Indictio in Kalendis Septembris &c.

Ex supradictis interpretari licet diploma Nicolai II. PP. quod profert Baronius an. 1060. nro. 4. ubi sic clauditur: Datum Florentiæ VI. Idus januarii anno ab Incarnatione Domini N. J. C. 1059. anno primo Pontificatus ejusdem Nicolai, Indictione XIII. Ex quo conficit annum Christi MLIX. adhuc fuisse. Sexagesimum enim annum Incarnationis a die Annuntiationis numerandum fuisse,



fe, fuisseque adhuc & annum primum Nicolai, secundum autem ejusdem Pontificatus hoc anno, eodem mense Januario numerari incepisse, Indictionem vero XIII. utrique convenire tempori notato tam Pontificis quam Domini Incarnationis. Proinde qui annus MLIX dicitur in hac charta, erit annus MLX, anni initio ducto vel a Nativitate vel a Kalendis Januarii. Quam quidem annos Christi putandi rationem obtinuisse in dicecesi Rhemenſi docet Charta Guidonis Abbatis Monasterii S. Basoli, quæ sic clauditur: Datum & Actum in monasterio nostro S. Basoli prædicto sub anno Domini secundum curſum Eccleſiæ Rhemenſis 1390. XIII. die mensis Junii Indictione 12. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac Domini Noſtri Domini Clementis Divina Providentia Papæ VII. anno 12. Qui quidem annus secundum nostrum putandi modum erat adhuc 1389. quo 12. Indictio currebat & Clementis VII. antipapæ annus XII. Electus quippe fuerat a Concilio Basileenſi 20. Sept. an. 1378. ita du Cange l. c.

Varium autem Romæ fuisse anni initium exemplo demonstratur in Actis SS. in pro pylæo ad Majum pag. 65. ibi: Nicolaus Pa
pa




pa *) obiit Romæ in Parasceve Sancta sepultusque fuit in S. Maria Maggiore terminante anno MCCXCI. Annal. Eccles. a Raynaldo continuati Tom. XIV. pag. 456. Ecce hic annum non solum productum usque ad XXV. Martii more Florentinorum & plerumque Tusciæ populorum; quod invaluerat, cum Tusciæ Comites in Italia ac circa Romam possent omnia; sed more Gallico usque pascha, quod invaluisse videtur per gallicos Neapolitano regno potitos. Hoc tamen brevi cessavit; Nam Bonifacio VIII. Neapolitanum regnum a Francis ad Aragonnes transferente circa initium sæculi XIV. mutatus etiam stylus in Romana curia est, Aragonum exemplo, quos vero simile est, jam inde a principio Christianæ, apud ipsos æræ annos a Nativitate Domini una cum Hispanis cæteris Anglis atque Germanis tenuisse. Porro annum a Nativitate Domini inchoatum proprie eum esse, quem alii vocant annum gratiæ, observat Scaliger. Duravitque hic usus usque ad Pontificatum Gregorii XIII. nam Decessorem hujus Pium V. invenimus annos in Nativitate adhuc mutasse, cujus Bulla XXII. in Bullario Cherubini publicata dicitur Anno a Nativitate Domini

a 4

MDLXVII.

*) hujus nominis quartus.



MDLXVII. Indictione X. die vero Lunæ
XXX mensis Decembris, Pontificatus an-
no I. quæ omnia notant finem anni **LXVI.**
alibi ordientis a Kalendis Januarii. Ipse ve-
ro Gregorius apud eundem bullam suam
VII. signat: Anno Incarnationis Dominicæ
MDLXXII. III. Kalend. Januarii Pontifica-
tus anno I. & publicatio ejus facta fuisse le-
gitur anno a Nativitate Domini **MDLXXIII.**
Indict. I. die vero **XXI.** mensis Januarii. un-
de insuper discimus, ex stylo curiæ indiffe-
renter usurpata Incarnationis & Nativitatis
vocabula. Atque ita usque hodie eadem
curia perseverat facere, quod pro Galliis
constituisse invenimus Carolum IX. anno
MDLXVII. qui teste Browero in Annalibus
Trevirensibus lib. 18. edixit: ut Gallorum
Veterum Regum more sublato Januariæ Ca-
lendæ annum deinceps aperirent. Et hoc
ubique per Europam placuit susceptumque
fuit, etiam (ut apparet) Romæ.

Sub Paulo II. PP. Stylum jam immutatum
Civilisque anni initium revocari cœpisse ad
kalendas januarii, probari potest ex ejus-
dem Pontificis duabus in Bullario bullis, qua-
rum tertia data legitur anno Incarnationis
Dominicæ Milleffimo quadringentesimo sexa-
gesimo



gesimo sexto, quinto decimo Kalendas Aprilis Pontificatus anno secundo. Sexta vero: Anno Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, octavo Idus Januarij Pontificatus anno quinto; ubi fuissent numerandi Pontificatus anni tertius & sextus, si annos Christi oporteret extendere usque ad XXV. Martii. Idem patet ex Bulla ejusdem Pontificis apud Waddingum data An. Dominicæ Incarnationis MCCCCLXVI. VI. Idus Januarij Anno Pontif. II. unde colligitur per errorem factum quod prima Bulla apud eundem Waddingum data V. nonas Martii Anno Pontificatus primo, adscribatur Anno MCCCCLXIV. & scribendum MCCCCLXV. Quæ porro post eosdem Annales est septima, data Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXVIII. Kal. Septembris Pontificatus Anno quarto, demonstrat annum Pontificatus ultra diem Electionis, qui fuerat pridie Kalend. Septembris, protrahendum esse usque ad diem ordinationis non factæ nisi V. Idus Septembris ejusdem. Idem probat ejusdem Constitutio secunda in Augustiniano Bullario data Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXX pridie Kalendas Septembris Pontificatus anno sexto, ipso scilicet die quo alias fuisset inchoandus Annus VII. sed quæ ibidem præ-



cedit Constitutio I. continens privilegium Congregationi Lombardicæ datum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXIX, nonis Januarii Pontificatus Anno sexto, ostendit quod de anni initio ad Kalendas Januarii retracto supra dictum, non ita universaliter usurpatum fuisse, quin etiam contrarium quandoque fieret; quapropter vitii non arguendum, quod ejusdem Pauli Bullæ I. apud Waddingum datæ V. Nonas Martii Anno Pontificatus primo non adscribatur annus MCCCCLXV. sed adhuc numeretur MCCC LXIV. has observationes suppeditant Acta SS. loc. cit. 134. & pag. 141. porro innuunt: Alexandrum VI. PP. a die Creationis suæ cœpisse annos Pontificatus numerare, saltem magis ordinarie; suadet id Bulla IX apud Cherubinum data Anno Incarnationis Dominicæ MCCCXCIX. XI. Kal. Septembris Pontificatus Anno VIII. & Bulla XIX. apud Waddingum data anno Incarnationis Dominicæ XIV. Kal. Septembris Pontificatus Anno tertio respectu Ordinationis necdum inchoato. Ipso autem Ordinationis die invenies signatas gratias duas primas apud Waddingum. Ne tamen absolute id valuisse asseratur, facit Bulla LXXVII. apud eundem Waddingum data (nisi error subsit) anno MDI.



MDI. XII. Kal. Septembris Pontificatus anno IX, qui cum respectu ad diem Electionis debuisset numerari annus X. a novem diebus inchoatus. Magis certum est, varium fuisse tunc temporis stylum Notarialem etiam in Curia quoad anni Civilis initium, nam apud Waddingum inveniuntur omnino Bullæ quam plures & inter easdem IV. V. XXVII. XXIX. XXXIV. XXXVII. XXXVIII. XLIII. XLIV. L. LXX. LXXXI. LXXXII. in quibus produci dicendus est annus usque ad diem Incarnationis. Inveniuntur autem nihilominus aliæ videlicet IX. XII. XIII. XXXIX. LXVIII. LXIX. LXXI. LXXII. LXXXI. quæ censendæ sunt annum ordiri Kalendis Januarii, & cum his facit tertia in Bullario Cherubini data Anno Incarnationis Dominicæ MCCCXCVI. septimo idus Januarii Pontificatus anno quarto. Denique sic etiam procedit in Bullario Casinensi Constitutio III. signata die XV. Martii MCCCII. (imo MDII.) Pontificatus anno decimo.

Quod memoratæ observationes quam maxime sint necessariæ pro historia chronologicè instruenda, per se manifestum est. nunc autem agendum restat de more & stilo hodie dum usitato, quod in eadem Urbe Ro-



mana annus diversimode jam a Kalendis Januarii jam a XXV. Martii incipiat. Rem paucis sic habeto: In Cancellaria vel Camera Apostolica annus non incipit a Kalendis Januarii sed a XXV. Martii, quo Mysterium Incarnationis celebratur. Hic stilus autem observatur circa eas duntaxat constitutiones, quæ eduntur per Bullam, uti dicitur, non item circa illas, quæ in forma Brevis dantur sub Annulo Piscatoris ad supplicantium preces vel alias motu proprio sine consuetis Bullarum solennitatibus expediuntur, nam in his annum constanter inchoantur a Kalendis Januarii. In Actis SS. loc. supra cit. pag. 214. ad quæstionem, quo præcise tempore usus hic in Curia invaluerit? responsionis loco notatur: Romanos Pontifices postquam prætitulare sese cœperunt stabiliter Servos Servorum Dei & cum eo titulo nomen suum suis scriptis præponere hoc modo: N. Episcopus servus servorum Dei, eundem modum tenuisse usque ad initium seculi XIV, quando Clemens V. Joannes XXII. Martinus V. Eugenius IV. Clemens VII. Paulus III. Brevis nonnullis seu scriptis minus solennibus cœperunt præponere nomen suum cum titulo Papæ & numero nominis, hoc modo:

Cle-



Clemens Papa V. quod quidem initio rarum & infrequens (uti colligitur ex Bullario) superiori seculo frequentari valde cœpit, cum hoc tamen discrimine usque in hodiernum diem durante, quod Bullas non incipiat Pontifex, nisi sub nomine suo cum titulis Episcopi et servi servorum Dei; Brevibus vero ac Motibus propriis a tempore Julij III. addatur ad nomen titulus Papæ cum numero nominis, annis ante Julium sexaginta, primus, quod equidem invenire est, Alexander VI. cœpit literas suas aliquas signare sub Annulo Piscatoris ab insculpto Petri piscantis signaculo. Hunc annulum fixus paulatim usus & sub Julio III. plane sibi constans addixit solis Brevibus. Alexandri exempla ac porro aliorum extant apud Waddingum Tom. VIII. nec non in Bullario Lateranensi. Ab illo ergo tempore conveniet Bullas, Breviaque distinguere secundum istud principium.

Bullarum autem rursus duo sunt genera, aliæ quidem a Pontifice & Cardinalibus solenniter subscriptæ; aliæ non item. De utrisque autem indifferenter procedit quæstio, quandonam eis cœperit Cancellaria Romana adscribere annum Incarnationis pro-
ducen-



ducendum ultra Kalendas Februarii ad XXV. Martii, sic, ut id pro regula receptum fuerit. Ordiamur autem post medium seculum XVI. Inveniemus ibi Pauli IV. Brevia aliqua annum ad Incarnationis diem protrahere. Invenitur nihilominus, quod ejusdem Pauli Constitutio XIX. quæ utique bullata habetur & ab ipsomet Pontifice ac triginta Cardinalibus propriæ manus subscriptione firmata, data dicatur anno Incarnationis Dominicæ MDLIX. quinto decimo Kalendas Martii, Pontificatus anno quarto; adeoque annum isthic inchoari a Januario, qui alias dicendus fuisset annus quintus. Pii IV. Constitutio LXXIII. similiter bullata similibusque subscriptionibus firmata eundem tenet stylum, ut habetur impressa, tanquam data Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo *) quarto, septimo Kalendas Februarii, Pontificatus anno quinto. Huic letitioni favet successor Pius V. qui licet solum electus sit in Januario Anni MDLXVI. primo Pontificatus sui anno & mense, dedit Societati nuper a Clemente XIV. extinctæ Bullam contra apostatas anno, ut scribitur, Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo

*) Cherubinus in {margine notat: tertio.



tesimo sexagesimo quinto, sexto decimo Kalendas Februarii. & similiter in Bullario ejusdem Constitutio CXIX. ad Ordinis Humiliatorum extinctionem bullata ab ipsomet & quadraginta tribus Cardinalibus subsignatur Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo septuagesimo, septimo idus Februarii, Pontificatus anno sexto; quem annum non possumus habere, nisi eum protrahendo ultra mensem Februarium. sed hujus Pontificis tam multæ sunt aliæ Bullæ saltem minus solennes prætitulatæ tamen: Pius Episcopus servus servorum Dei; neque sub annulo Piscatoris expeditæ, in quibus inchoatur annus a Kalendis Januarii, ut primum exemplum adhuc rarum sub eo videatur fuisse; & tales sunt Bullæ XXIX. XXX. XXXIII. CXVIII. & CXXII. inter quas ultimas ponitur unica illa de Humiliatis, annum protrahens; cui addi posset Constitutio XXXI. data anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, VII. Idus Februarii Pontificatus Anno tertio.

Similiter Gregorium XIII. Bullam, quæ Bajanos articulos damnavit, dedisse quarto Kalendas Februarii Anno Incarnationis Dominicæ



minicæ Millesimo quingentesimo septuagesimo nono, Pontificatus sui anno octavo, asseruit Urbanus VIII. in sua famosissima Constitutione damnante eosdem articulos & simul prohibente librum, cui titulus Augustinus Cornelii Jansenii olim Iprensis Episcopi, cumque pervicaciores ejusdem libri defensores prætexerent errorem Datae in ista Constitutione allegatæ, atque ita ipsammet Urbani Constitutionem niterentur reddere de suppositione suspectam; responsum continuo iisdem est a perito styli Curialis, Cancellariæ Pontificiæ praxim esse annum producere usque ad festum Incarnationis; itaque annum MDLXX in bulla Gregoriana cum Pontificatus anno VIII. componi, quæ alias fuisset notandus MDLXXI. verum tamen aliud simile exemplum in toto hujus sæculi Pontificatus Bullario nullum quidem occurrit, sed in corpore Instituti quondam Jesuitarum habetur unum longe certissimum, Confirmatio scilicet ipsius instituti ac Constitutionum ejus facta Anno Incarnationis Dominicæ MDLXXXII. Kalendis Februarii, Pontificatus Anno XI. in ipso nihilominus Bullario ejusdem bullæ 26, 42. &c. annum a Kalendis Januarii ordiuntur.

Sixtus



Sixtus V. similiter plurimas edidit bullas sic annum notantes, & quidem primo suo anno Bullam 17, 18, 22, 23, & 24. quarum penultima etiam solemnitas est, ab ipsomet & Cardinalibus viginti octo signata anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octogesimo sexto Id. Februarii Pontificatus Anno I. similes etiam aliis ejus annis inveniuntur puta 75 & 101. ut quasdam minus solennes taceam. Nihilominus Tomo III. Bullarii in appendice pag. 38. inveniō solennem valde Bullam prohibentem alienationes officiorum seu jurium & emolumentorum Officiis S. R. E. annexorum, quam idem Sixtus dederit anno Incarnationis Dominicæ 1589. XVIII. Kal. Februarii Pontificatus Anno III. publicatio autem facta post dies tredecim, adscribitur Anno a Nativitate Domini 1590. Indict. 3. die vero 28 mensis Januarii Pontificatus Anno V. Habet etiam Societas quondam Jesuitarum ab eodem Sixto V. facultatem aggregandi primariæ Romanæ sodalitati Scholarium sodalitates alias per Generalem modo dicti ordinis cum Communicatione indulgentiarum illi concessarum, Datam Anno Incarnationis Dominicæ MDLXXXVI. utique ultra Kalendas Januarias



protracto, nonis Januarii, utpote Pontificatus anno secundo. Eodemque modo Bullarium Casinense num. 239. profert Constitutionem Gregorii XIV. velut datam Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nonagesimo primo, Idibus Martii, Pontificatus anno primo. Huic dum consonant ejusdem Bullæ 3 & 4. in Bullario, eodem Incarnationis & Pontificatus anno notata, Idibus etiam Martii & duodecimo Kalendas Aprilis, nec aliunde quidquam adfertur quod probet Cancellariæ usum non fuisse annos protrahendi usque ad festum Incarnationis, videremur nobis posse statuere, quod ex tunc cœperit ea regula observari, nisi rursus sequeretur usus plane contrarius ejusdem Cancellariæ sub Clemente VIII., cujus cum plures inveniantur bullæ intra Kalendas Januarii & diem Incarnationis datæ, puta 18. 19. 20. 26. 39. 40. 55. 58. & 66. omnes tamen, præter unam 40, adscriptam anno Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, pridie Kalendas Martij, Pontificatus anno quinto, sed Bullis ac Brevibus anni XCVI. permixtam; omnes inquam auspicantur annum a prædictis Kalendis.

Leo



Leo X. nullas Kalendas Januarias vidit
in brevi suo dierum paucorum Papatu.

Pontificatus etiam Pauli V. nihil fuggerit quod huc faciat, ante Pontificatus annum XV. qui in Tomo 4. Bullarii constitutione 17. data Idibus Januarii suum istum annum componit cum anno Incarnationis Dominicæ 1619. sed cum manifesto vitio in nominando mense; nisi enim legatur Junii loco Januarij, adhuc currebat annus Pontificatus decimus quartus, cum Paulus seum electus sit anno MDCV. mense Majo. Ita in ingressu seculi XVII. nemo occurrit, qui dici possit in Cancellaria firmasse usum, cujus firmati initium quærimus, quoad annum ultra Kalendas Januarias protrahendum, donec veniamus ad Gregorium XV. hujus quidem Brevia omnia annum inchoant a Kalendis Januarii, ejus tamen anno MDCXXI. mense Februario electi; Prima bulla de privilegiis Conclavistarum data legitur anno incarnationis Dominicæ MDCXX. utique, sicut dictum est, protracto, idibus Martii Pontificatus anno primo; eodemque stilo procedit Bulla 18. & quæ ordine temporis priores sunt hac, 19. atque 20 una ordinans ceremonias Electionis Pontificæ, altera san-



etorum Canoni adscribens S. Theresiam, ambæ adhuc adscriptæ anno seculi hujus XXI. quarto idus Martii, Pontificatus autem anno secundo. His adde ex eodem Bullario constitutionem 47. ac denique concludere, nunc saltem fixum fuisse usum, quem sub prægressis Pontificibus toto seculo XVI instabilem fuisse ostendimus. Placet tamen etiam subsequens Bullas scrutari: sic inveniuntur Urbani VIII. constitutiones 10. & 11. signatæ undecimo Kalendas & pridie Idus Februarii anno ejus I. adhuc adscribi. Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, quo alias ipse creatus fuit VI. Augusti. Sic rursus insignis Bulla confirmans Gregorianam de electione summi Pontificis quinto Kalendas Februarii, Pontificatus anno tertio, tribuitur autem adhuc anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo quinto.

Similiter in Tomo V. Bullarii invenitur Constitutio 7. signata anno Dominicæ incarnationis MDCXXIII. undecimo Kalendas Februarii Pontificatus anno primo; & constitutio 160. indicens sex decimas super omnibus fructibus Ecclesiasticis Italiæ; bullatur ac subsignatur anno Incarnationis Dominicæ



minicæ 1631. XIV. Kal. Februarii, Pontificatus anno IX. Eodemque stylo procedunt aliæ ejus solennes Bullæ, ut de minus solennibus nihil dicam. Hæc si observare scivissent continuatores Bullarii & ordinem temporis tenere, sicut conveniens erat, debuissent ejusmodi bullas ponere post Brevia toto illo Anno vulgari data, quæ nunc inveniuntur male permixtæ Brevibus Januarii ac Februarii eundem annum vulgarem inchoantium.

Innocentii X. Pontificatus, ut est in Bullario, nihil suggerit, quod huc faciat.

Alexander VII. cautum volens nequa loca Ecclesiastici status vendi aut gravari contingeret, anno Pontificatus sexto 17. Kal. Februarii; & sex Decimas indicens super fructibus Ecclesiasticis in Italia & Insulis adjacentibus nono Kalend. Martii, stylum jam fixum sequitur & annum Incarnationis Dominicæ MDCLX. vocat, qui in publicatione post secuta voatur MDCLXI. inter cujus Anni Brevia Tomo VI. Bullarii, jam sapientiores Collectores ejus prædictas Bullas reposuerunt.

Sequens Clementis IX. Pontificatus nihil habet in Bullario quod hic referri mereatur;



nam B. Rosæ Imanæ beatificatio facta pridie Kalendas Martii Pontificatus anno primo, Dominicæ Incarnationis 1668. facta est per Breve & subsignatur: Piacet. Motu proprio. & Clemens X. eandem canonizavit pridie idus Aprilis, de quo tempore quæstio hic non est Solummodo in appendice ad Tomum 6 Bullarii istius Pontificis Constitutio I. quæ data legitur Anno Incarnationis Dominicæ 1670. nonis Martii Pontificatus anno primo evidenter probat continuationem anni prænotatam, cum certum sit ipsum exeunte Aprilis anni Civilis 1670. primum esse creatum.

Joannes Baptista Rigantius *) Quæstionem proponit: quando primum cœperint Pontifices in eorum litteris sub Bulla plumbea annos enumerare ab Incarnatione Domini scilicet a die 25 Martii? & paucis sic respondet: Primis Ecclesiæ sæculis annorum numeratio in Pontificiis Diplommatibus ducebatur a Fastis Consularibus.

Placuit deinde Pontificibus annos enumerare per Indictiones a Constantino Magno
jam

*) Tom. II. Commentar. ad reg. Cancellariæ pag. 229. num. 35.



jam prius de anno 312. adinventas, & iisdem primum usus fuit Pelagius II. anno 578.

Enumeratio autem annorum ab Incarnatione incepit a Joanne XIII. 969. sed interrupte. Consecutive autem & sine ulla interruptione ab Eugenio IV. usque in præsens.

Ciacconius in Isagoge sui operis immerito suspectas fecit omnes ante Eugenium IV. Bullas annis Incarnationis notatas.

In Expeditione Brevium diversus a Bullis viget stilus; in eis enim Annus computatur a Die nativitatis Christi, die nempe 25. mensis Decembris. Rigantius loc. cit.

Quod in Data Bullarum Anni initium adhuc ducatur a vigesima quinta Martii, fact superque ostendit Bulla Provisionis super Canonicatu & præbenda in Ecclesia Collegiata S. Victoris extra muros Moguntinensi ab initio Regiminis moderni summi Pontificis concessa; Sic autem Bulla definit-Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, octavo calen-



das Martii Pontificatus nostri anno primo.
id est vigesima secunda Februarii 1774. cum
juxta vulgare anni initium Pius VI. anno
1775. die decima quinta Februarii Ponti-
fex eligeretur.

Hæc sunt, quæ pro diverso anni initio
Benevolo Lectori communicanda duximus,
avide vicissim ea præstolantes, quæ ad ple-
norem puncti hujus Diplomatici elucida-
tionem inservire valeant. Hæc dum scri-
bimus, lucubratio nostra de stilo subscri-
bendi diverso Tomo decimo subsidiorum
diplom: præmissa novis augetur accessioni-
bus, quas sub *littera A.* subjungimus. Ea
autem, quæ Tomo Undecimo præfati sumus
quam maxime confirmantur per documenta
quæ subsequuntur sub litteris B. & C.

*Vale Amice! & nostris subsidiis pro majori Rei
litterariæ in cremento deinceps utere.*

Lit. A.

AUS DER RUBRIK: STIFT S. WAL-
BURGIS ZU WEILBURG.

Porghard von Honstadt verkauft dem Stift zu
Weilburg ein Malter Korn Geldis von sei-
nem Hof zu Cubach auf Wiederkauf.

datum feria tertia post dominicam Judica
1363. secundum modum scribendi
Treverensem.

Cuno-



Cunegunde, Heinrich Duls Wittib verkauft dem Herrschaftlichen Koch Hentzen von Nychdorf vier Schillinge jährliche Gülde von der Hobeftadt, wovon Hermann Reuchelin und Cortzo Ohleſchläger ſieben Schillinge gelten

datum Wilburg ipſo die Apolloniae Virginis Ao. 1370 ſecundum ſtilum Treverenſem.

Wernher Snider Burger zu Weilburg verkauft Heynemann Brufcher, Schöffen daſelbſt Ein Malter Korn Gülde auf ſeinem Guth zu Ahaufen und bekennet zugleich, daſs er ihm vorhin ſchon ein Malter jährlich davon ſchuldig ſeye

datum die beatae Virginis Ao. 1375. ſecund: ſtil. Treverenſ:

Henrich genannt Hudemacher, und Iohann genannt Sterbo, Canonici des Stifts zu Weilburg verkaufen Hartung Schribern, gleichfalls Canonicus daſelbſt, die von ihrem Oheim Heinrich von Iune herrührende Wiefe hinter dem Cubacher holz.

dat: ipſo die feria quarta poſt Oſtavas Epiphaniae Domini Ai. eiudem 1380. ſecundum ſtilum Treverenſem.

Herr Hartung Schulmeiſter des Stifts zu Weilburg verleicht Hermann Brüſler und Peter



Fufsingern alle das Guth, das der alte Fuffinger ihr Anche, Herr Ludwig Fuffinger, Hermann Brüßler und Eybele und Hartung von Elinsberg zu Edelsberg und in Elinsberger Mark gehabt, und er mit Recht von selbigen gewonnen vor drei Malter Korn und eine Mark jährlicher ewiger Gülde, auch das sie alle andern dem Stift zu Weilburg, dem von Scheyden und der Kirchen zu Elinsberg darauf zustehende Gülde davon ausrichten sollen.

datum Sabbatho post diem Cinerum Ao.
1391. secundum stilum Treverensem.

Clas Snyder, Burger zu Weilburg verkauft dem Stift zu Weilburg Sieben Schilling zu Präsentien Gülde auf den Weingarten Gülden und Gütern im Schnidengrund worüber Heintze Bocheip der Iunge, Mompar ist

dat: Feria sexta post dominicam quassimodogeniti Ao. 1393. secund: stil: Treverensem.

Officialis Curie Confluentine Plebano in Wetflaria mandat, ut Gernandum Pluwe Armigerum & Rulonem de Molinheim ac in genere scultum & Scabino Iudicii secularis in Lowe ad Instantiam Decani & Capituli Ecclesie collegiate Sancte Walburgis in Wylburg excommunicatos, de petenda absolute & compositione amica-



nicabili cum dicta ecclesia, intra viginti dies
fragenda, admoneat.

datum feria sexta proxima post octavas
Epiphaniæ Ao. 1405. secundum sti-
lum Treverensem.

Johann Strabin, Canonicus zu Weilburg ver-
ihet Conraden von Limburg, Meister Conrad
enant, Burger zu Weilburg seinen Weingarten
den am Ende der Ruschinbach und unter dem
ubacher Weeg um sieben Schillinge ewiger
ülte.

datum Ao. 1410. secundum stilum Tre-
verensem ipso die sancte Prisce Vir-
ginis.

Hylle von Schelmenhusen, Burgerin zu Weil-
urg verleyhet ihren Hof zu Selters, an Heintzen,
eintze Kommilmanns Sohn daselbst um Sechs
alter Korn und drey Malter Hafer ewiger
ülde, zu deren Sicherheit dieser einen Wein-
irren an dem Iunsberge gegen der Loenberger
ühle über zum Unterpfund setzet.

datum Ao. 1422. secundum stil: Treve-
rensem Dominica die, qua cantatur
in ecclesia Dei, oculi mei semp.

Henchin Murer, Michel Arnbroisters Ei-
m zu Weilburg, verbindet sich Cunen von
Elker-



Elckerhusen dem Alten, Burgern zu Weilburg
alljährlich anderthalben Turnofs und fünfthalb
Heller aus dem Weingarten an dem Staden zu
geben

datum Ao. 1427. secundum stilum Tre-
verensem ipso Die Epiphaniæ Do-
mini.


Heintze Seltzer, Burger zu Weilburg ver-
kauft Henne Lower, Schoeffen daselbst vier
Turnofse jährlicher Gülte auf seinem Haufs an
den Blancken, und setzet seinen Weingarten in
der Platten, der Nonnen Weingarten genannt,
davor zum Unterpfund

datum Ao. 1427. secund: stilum Treve-
rensem ipso die Sanctæ Dorotheæ
Virginis.

Hermann Weibeler, Burger zu Weilburg
verkauft dem Stift zu Weilburg neun Turnofse
zu Präsentien Gülte von seinem Haufs auf der Al-
dendorfer Hoffstadt und von seinem Weingarten
der Kesseler genannt an dem Weg nach Cu-
bach.

datum Ao. 1427. secundum stilum Tre-
verensem feria sexta ante Cathedram
sancti Petri.

Clafs



Clasß Sprenger, Burger zu Weilburg, verkauft Herrn Herrmann Keller, Canonicus zu Weilburg einen Garten zwischen der Lohn und dem Wyhersborner Weeg.

datum Ao. 1437. secundum stilum Treverensem ipsa die Petri ad Cathedralam.

Chartæ ineditæ Archivii Weilburgensis.

Litt. B.

Honorabili Viro Domino Officiali Curie Lausanensis Frater Johannes dictus frena ordinis sancti Anthonij reverentiam & obedientiam debitam & condignam. Dominacioni vestre tenore presencium duxi declarandum, quod in omnibus causis nostris & ordinis nostri, quas Johanni de Arwangen & ejus uxori morantibus in solodoro movemus & coram vobis movere intendimus, Magistrum Petrum Bernhardi clericum advocatum curie vestre Lausanensis & Wernherum Scolarem de Berno simul & in solidum nostros damus & ordinamus procuratores & nuncios speciales ita quod non sit melior condicio occupantis ad agendum, defendendum, respondendum, proponendum, allegandum, excipiendum, litem seu lites contestandum, in animam nostram jurandum, beneficium absolucionis si necesse fuerit, impetrandum & prestandum cujuslibet alterius generis sacramentum sibi adjuran-



Jurandum concessum, expensas petendum, taxandum & recipiendum, interlocutorias seu diffinitivas sententias audiendum, ab eis appellandum, alium procuratorem loco sui substituendum, unum vel plures & eum vel eos cum voluerint revocandum, nec non omnia & singula faciendum que veris procuratoribus a lege vel a canone sunt concessa etiam si de ipsis de verbo ad verbum per juris ordinem mentio fieret specialis ratum & gratum habiturus quidquid per dictos nostros procuratores aut ab ipsis substitutos actum fuerit in premissis & legitime procuratis, promittens sub ypotheca rerum nostrarum dictos procuratores nostros ab ipsisque substitutos ab omni satisfactionis onere totaliter relevare & judicium solvi cum suis clausulis aniverfis & vobis hec significo per presentes meo sigillo proprio sigillatas, Ego Frater Johannes supradietus in evidens & clarum testimonium omnium promissorum. Datum in Berno die Martis proxima post octavam beati Mathie Apostoli Anno Domini M^oCCC^o decimo octavo *more Theutonicorum.*

Litt. C.

Ego Williermus Villan de Curlenon notum facio universis presentibus & futuris, quod ego teneo & possideo meque pro me & meis heredibus tenere & possidere ad censum annuum & perpetuum secundum jura & bonas consuetudines Ville Mureti legitime confiteor per presentes a discreto viro Dompno Uldrico barbarat
ca-



capellano de Mureto tanquam altaris beate Marie Magdalene in Ecclesia parrochiali beati Johannis de Mezye fondati per Perrodum Gres & Agnetem conjuges nomine & ad opus ipsius altaris & à suis successoribus unam posam terre sitam in territorio de Curlenon loco dicto ou Vnacionz inter iter tenens in Vaumes a parte orientis inter pratum dictum pratagnyon a parte Venti juxta confines de Sochano, a parte occidentis juxta terram Petri cabudet, a parte Boree cum suis fondis juribus partinentijs & appendicijs universis pro tribus solidis bone monete Lausannensis census per me dictum Williermum & meos heredes annualiter & perpetue in quolibet festo beati Andree Apostoli eidem Altariste aut suis nomine & ad opus quibus supra solvendis cum omni jure directo Dominio Duplo & Represa secundum jura & bonos usus ville Mureti, qui tres solidi dicte monete census dependunt ex quatuor solidis & tribus denarijs bone monete Lausannensis census venditis dicto altari per Petermannum de staffe quondam Cerdonem de Mureto, & promitto per presentes Ego prefatus Williermus pro me & meis heredibus bona fide mea ac sub expressa & ypotheca obligatione omnium & singulorum bonorum meorum mobilium immobilium presentium & futurorum quorumcunque contra presentem litteram recognitionis non facere dicere nec venire per me vel per alium aliquo modo in futurum cunctis & singulis exceptionibus & oppositionibus utriusque juris expresse per



per presentes renunciando & maxime juri dicenti
Generalem renunciacionem non valere, nisi pre-
cesserit specialis. In cujus rei testimonium Ego
jam dictus Williermus Villan contrafigillum com-
munitatis ville Mureti hijs presentibus litteris ro-
gavi apponendum. Datum presentibus Henrico
Villan fratre dicti Williermi & Nycodo Villan
filio ejusdem Williermi testibus ad premissa voca-
catis & rogatis, quarta decima die mensis Marcij
Anno Domini Millesimo quater centesimo sexa-
gesimo nono *secundum stylum Curie Lausannensis*
sumpto.

Henricus Chastel.

Contenta hujus Tomi summarie desig-
nat sequens

ELEN-



ELENCHUS CHARTARUM.

I.

Super jure capelle in Cimbern in sinodo Wormatiensi pronunciatur & ad sinodum Moguntinam appellatur &c. Ao. 1182. pag. 1

II.

Hedopericon Friderici III. pro corona Imperii Romae adipiscenda. 1452. 4

III.

Statuta Ecclesie Collegiate B. M. V. in suburbio Civitatis Wormatiensis. 37

IV.

Rudolphi I. Rom. Regis preces primariae pro Canonatu in Ecclesia quadam Cathedrali. 97

V.

Ejusdem Argumenti ad quemdam Abbatem. 98

VI.

Hortatoriae pro admittendis praedictis precibus. 99

VII.

Ejusdem cum superioribus argumenti. 100
Tom. XII. c VIII.



VIII.

Similis argumenti pro quodam familiarium suorum. pag. 101

IX.

Epistola Alberti Regis Roman. continens preces ad Capitulum Aquisgranense pro recipiendo Dieterico de Landsron in Canonicum 1303. 102

X.

Ejusdem offerentis Aquensi Capitulo preces novae in favorem Tilmanni de Landsron 103

XI.

R. Alberti precum reiteratio 1304 104

XII.

Intercessio R. Alberti ulterior ad Capitulum Aquense. 1305 105

XIII.

Rex Albertus precationum hactenus susarum satur, eas convertit in minas 1306. 106

XIV.

Epistola sepe dicti Regis Alberti puncto precum 1307. 107

XV.

Henricus Rom. Rex ex indulto Pontificis nominet XV. personas ad beneficia Ecclesiastica 1310. 108

XVI.

Ludovici Rom. Regis preces primariae ad Decanum & Capitulum in Wimpffen. 109

XVII.



XVII.

Ludovicus factus & coronatus Romæ Imperator novas concedere preces primarias contendit 1328.
pag. 110

XVIII.

Ludovicus Imperator urget prædictarum precum admissionem 1330. 111

XIX.

Ludovici Reg. Rom. Diploma precum primariarum 1322. 112

XX.

Caroli IV. Rom. Regis Charta, qua monasteria Episcopatus Argentinenſis immunita declarat a primariis precibus 1348. 113

XXI.

Ordinatio Capituli Moguntini circa nominationes ad præbendas. 1360. 114

XXII.

Qualiter Precista Ruperti Rom. Regis in Ecclesia S. Bartholomæi Francofurti sit. admittendus 120

XXIII.

Brevet de premieres prieres de Louis XIV. du 6. Juin 1699. 125

XXIV.

Brevet de premieres prieres de Louis XV. du 5. Maij 1719. 127

XXV.

Brevet de premieres prieres de Louis XVI. du 21. Sept. 1774. 129



XXVI.

Litteræ Pontificis ad Capitula pro admittendis precibus Francisci I. Imperatoris pag. 132

XXVII.

Chronicon Weissenburgense ab Ao. DCCCCLXIX – MLXXXVIL 134

XXVIII.

Bulla Urbani III. PP. Congregationi Arroasiensi concessa 139

XXIX.

Henricus Dux silesiæ Fratribus ordinis S. Augustini villam Popowick & CXX mansos donat. 145

XXX.

Breve Honorij III. PP. ad Episcopum & Capitulum Wratislaviense ut de supradictis CXX. mansis decimas condonent 146

XXXI.

Honorius III. PP. bona novi castri confirmat & in protectionem suscipit. 147

XXXII.

Canonici Regulares de novo Castro Saganum transferuntur. 148

XXXIII.

Prædicta translatio ab episcopo Wratislaviensi confirmatur 149

XXXIV.

Bonifacius VIII. PP. monasterii S. Mariæ de Saganæ bona confirmat & in protectionem suscipit. 151

XXXV.



XCVI.

Electio Chrystomi Abbatis S. Jacobi pag. 345

XCVII.

Henricus de Luzzelenborg, antequam Rex Rom. eligeretur, varia Ecclesie Moguntinae adpromittit. 348

XCVIII.

Confederatio Cleri Moguntini pro tuenda immunitate. 354

XCIX.

Rachtung zwischen der burgerschafft und clerisey zu Meintz 1332. 363

C.

Concordia inter clerum Moguntinum & Cives de ibidem inita 1341. 368

CI.

Cives Moguntini immunitatis Ecclesiasticae violatores absolventur 1356. 372

CII.

Protectorium Caroli IV. Clero Moguntino concessum 1354. 377

CIII.

Carolus IV. Imp. confirmat concordiam per arbitros factam inter clerum & cives Moguntinos 1366. 380

CIV.



CIV.

*Unio cleri Moguntini contra cives ibidem violantes
jura & privilegia Ecclesiastica 1382. pag. 386*

CV.

*Unio Cleri Mogunt: contra molestatores immunitatis
Ecclesiasticæ 1416. 394*

CVI.


*Protestatio cleri Mog. contra exactiones &c. 1420.
398*


CVII.

*Unio cleri Mog. primarii & secundarii ratione du-
cilli 1433. 404*

CVIII.

*Commissorium à Concilio Basileensi datum Guillermo
Archidiacono Metensi in Causa cleri Moguntini
contra Consules & Cives ibidem puncto variorum
gravaminum & processus desuper infecutus. 1433
417*





I.

SUPER JURE CAPELLÆ IN CIMBERN IN SINODO WORMATIENSI PRONUNTIATUR ET AD SINODUM MORGUNTINAM APPELLATUR CET.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum in-
tuentibus L. *) Prepositus Niwehusensis.
H. **) Decanus. C. †) Scholasticus. H. ††) Can-
tor Majoris ecclesie Wormatiensis post hujus vite
inco-

*) Lupoldus. occurrit in charta Conradi Epi. Worm.
pro ulteriore dotatione Cœnobio Schonaugiensi fa-
cta. Schannat. hist. Worm. Cod. prob. pag. 84. et
in charta ibid. præcedente pag. 83. videtur idem
qui Cathedram Wormatiensem Episcopalem con-
scendit et in Diplomate Henrici VI. de A. O. 1196.
legitur: Lupoldus electus Wormatiensis. Schan-
nat. l. c. pag. 90.

**) Herboldus. sine Anno 1184. in Megenhardo
Decano apu. Schannat. hist. Worm. pag. 78. im-
mutandus esse videtur.

†) Conradus. deest in ferie Scholasticorum a Schan-
nato l. c. edita.

††) Henricus. qui apud Schannat in litteris emphy-
teuticis an. 1160. vid. codic. prob. pag. 81.



incolatum in Syria Deorum Deum videre. Tempus edax rerum omnia facta humana secum in oblivionem trahit, nisi aut litterarum suffragio aut vivo testimonio ad memoriam hominum que labilis est revocentur. Litigantibus coram nobis in sancta synodo nostra Erkengero Viro Nobili et Gerlaco plebano in Cimberen, alter eorum clericus videlicet dictam ecclesiam filiationis jure sue parrochie attinere asserbat, prefatus autem E. capellam eandem ad se libero et quieto proprietatis jure non solum à patre verum etiam ab avo, proavo abavo et tritavo affirmabat; ipsisque sic diu altercantibus tandem totum negotium per appellationem ad Moguntinam Ecclesiam transfulerunt. Partibus itaque in Sinodo Moguntina constitutis & sufficientibus hinc inde allegationibus super ipso negotio indutis & diligenter à judicibus examinatis miles tandem presente plebano in lite prevaluit, plebano consentiente et non contradicente assignatis et adhibitis testibus idoneis juramentum septima manu prestitit, eo quod tenore supradicto jus proprietatis capelle memorate ad ipsum inviolatum & sanum pervenerit et sic in causa evicit. judices vero Moguntine sedis scilicet A. Prepositus Major *) H. **) et E. ***) sancti Albani et sancti Jacobi Abbates.

*) vid. Joann. script. Rer. Mog. Tom. II. pag. 272.

**) confer. Joannis l. c. pag. 752.

***) quis sub hac littera lateat Abbas, e chronico monasterii S. Jacobi apud Joann. l. c. p. 808. non apparet, nisi forsan *Ezechius* intra annos Volpertii Abbatis ibidem numeratos reducendus esset.



bates. H. Decanus *) R. Custos **) P. Scolasticus
†) O. Cantor ††) perpendentes causam sepediti E.
veritati innixam per legitimum testimonium et/
juramentum proprietatem capelle prefate auctorita-
te Domini Archi-Episcopi Moguntini & sua sic
confirmaverunt. Scilicet, quia capella prememo-
rata in terminis nostre Dyocesis constituta esse di-
noscitur, ipsum militem ecclesie nostre remiserunt,
ut capellam prenominatam ipsi militi omni proprie-
tatis jure nostre auctoritatis privilegio confirmare-
mus, ne in posterum nociva contra ipsum surgere
posset super eadem capella litis occasio, quod et
nos fecimus et processum hujus cause sicut diximus
esse factum appensione sigilli Ecclesie nostre testifi-
camur et approbamus. Facta sunt hec in Capitu-
lo Majoris Ecclesie Wormatiensis Anno M^o C^o
LXXXII. Indiétione V^a Testes hujus rei sunt Cle-
rici Mengotus Wormatiensis Canonicus, Lupfri-
dus Canonicus de Niuhusin, Rudolfus sacerdos de
Cymberen, Laici ipse Erkengerus, Cunradus de
Quirembach, Cunradus de Hahenriet, Bertholdus
Streipho & alij quam plures.

Præclarum hoc Seculi XII. documentum nos instruit,
qualia tunc fuerint causarum Ecclesiasticarum tri-
bunalia. Præsens causa circa proprietatem Capel-
læ

A 2

læ

*) Henricus. vid. Joannis l. c. pag. 298.

**) Ruggerus sive Rutgerus. Joannis l. c. pag. 309.

†) Petrus. Joann. l. c. pag. 316.

††) Ortho (Otto) qui tunc simul erat Præpositus B.
M. V. ad gradus. Conf. Joann. l. c. pag. 326.



Ita in Cimbern litigiosa defertur ad iudices Ecclesiarum Praelatos in sinodo Wormatiensi congregatos, causæ momentis mature perpensis et reliquo juris ordine servato sententia publicatur a qua ad S. Sedem Metropolitanam Moguntinam appellatur. In hac Appellationis instantia iudices Moguntinæ sedis causa denuo examinatur, sententia iudicum à qua confirmatur et executioni danda remittitur Wormatiam.



II.

HODOEPORICON

FRIDERICI III. PRO CORONA IMPERII
ADIPISCENDA ANNO MCCCCLII. AB ANONYMO
QVODAM EX EIVS COMITATV
LINGVA GERMANICA TVNC TEMPO-
RIS VSITATA CONSCRIPTVM. *)

Die becronung Keyfers Fridrichs.

Der allerdurchluchtigst, Großmachtigst und aller Christenlichste Romischer Kunig *Fridrich*

- *) Cum hocce libello conferri merentur Æneæ Sylvii, Jacobi Motzii aliorumque orationes ad historiam Friderici III. facientes. extant apud Freher. S. R. G. Tom. II. pag. 24. sq. Has inter orationes prima Æneæ Sylvii ad Alphonsum Sapientem Siciliæ Regem super Connubio Friderici et Eleonoræ Gratulatoria. Altera: M. Jacobi Motzii Theologi Legati Cæsarei coram serenissimo Alphonso Regie Portugalliæ pro sorore ejus Lionora Friderico Cæsari desponsanda. Tertia Æneæ Sylvii pro Coronatione Friderici Regis Romanorum ad Nicolaum V. PP. cet.



drich &c. Ist ufs dutschen landen gezogen zu em-
phahen die heiligen erwirdigen Keyserlichen Cron,
und Sein gemahelschafft ze *Rom* ze vermählen,
und ze Keyserlicher Wirdikait zu pringen, in den
Jarn als man zalt von unfers lieben Herren Jesu
Christi gepurt, tusent, vierhundert, und in dem
zway und funffzigisten Jare, und ist des erstem ufs
ainer Stat geritten in *Kerndlen*, die ist gnant zu
Sant veitt, da denn das Land, und Statt, der fur-
sten von *osterreieb* ist, und ain Hertzogtum ist, und
ist daselbs uffgezogen in den Weyennacht Fäyern
tagen in dem obgeschriben jar, und ist zu dem er-
sten Chomen in der venediger Lannd, in *frigaul*, da
habent in die venediger mit grosser Wirdikait, und
Eren lassen empfahen, und ir oberster in den Land
frigaul ist genant Locotenente, das ist als vil zu
teutsch, als ain Statthalter, der ist zu dem Romischen
Kunig Chomen, und mit Im ain Herre, genant misser
Karolo von *mantaw*, gar ain grosser schöner herli-
cher man, als man In ymmer sehen solt, und hett ain
Costlichen Züig mit gutem wol uffgerüstem volck
mit Ihm gehabt, und habent dem Rom. Kunig mit
sambt allem seinem volck ze mal costlich empfa-
hen, und In darnach belaitt trülich von ainer Statt,
und Castell, in das ander, bis gen *tervifs*, ain gros-
se mächtige Statt, und ist vor zeiten versetzt den
venedigern von der eltern fursten von *osterreieb*,
da sint aber de venediger Botschafft gar costlich
zu dem Kunig *friderichen* Chomen, und der pote-
stat ufs derselben Stat *tervifs*, ist mit costlicher
procession, und mit allem Hailtumb, und mit al-
lem Volck, frawen und mann, jung und alt, Reich



und arm, geistlichen und weltlichen, dem Kunig Loblichen entgegen gangen, und geritten, und hat In herlichen emphaben, und Im uberaufs grosse Ere und wirdikait erzaigt und erpotten.

da er von *Terviss* uszoge, habent die venediger *) all graben lassen enziehen, und haben neu pruggen lassen machen biz unzgen *Badaw*, dem Kunig und seinem volck zu eren, und zu notdurfft. *Badaw* ist gar ain grosse mächtige Statt, da sind die venediger von venedig aber machtichlich Chomen, und haben dem Kunig noch grösser Ere, und wird erpotten, und von allen menschen der statt von *Badaw*, gaistlichen und weltlichen, mit allem Hailtumb, all burger, reiche und armen, und frawen, mit sambt den Chinden, ist grosse Ere erpotten worden, die alle sind nyder gefallen uff ire Knye gegen dem Kunig, mit grossen Lob und wirdikait, on zweifel, als ob got von himel selbs war Chomen, so möchten Sy Im nicht wol grösser ere haben empoten. Item; in allen Lannd der venediger, haben sy all noturft dem Kunig, und allem Seinem volck genugsamklich geben von speis und futter, und In gantz verfert, und Im das all gescheneckt bis in des margravffen von *Ferrer* lannd, daselbs ist ain gross schiffreichs Wasser, genant die *pfatt*, da fert man uber, und wan man uber das wasser komt, so hebt sich des margrauffen von *Ferrers* Lannd und gepiet an, und hat der venediger lannde ain end dasselbs.

da

*) Thadei Quirini Patricii Veneti ad Fridericum III. Rom. Imp. nomine suae Reipublicæ orationem gratulatoriam lege apud Freher. l. c. pag. 42.



da hett der marggrauff ain pruggen von newem
lassen machen uber das selb groß wasser, dem Ku-
nig zu eren, und ist da der marggrauff Chomen
mit einem guten raiffgen Zuig mit costlichem volck,
und ist da der marggrauff an der prugg ze fuß ab-
gestanden mit allem seinem volck, und mit mach-
tigen Herren, Rittern und gentilonien, und ist da
mit sambt Inen fur den Kunig diemuticlich nider
geknyegt, und hat sich ganz gewilliget und under-
tänig gemacht sein person, und als sein volck und
als sein land, und hat die Schlüssel zu den Stetten,
und zu allen Castell tören dem Kunig, als seinem
rechten naturlichen Herren, eyngeantwurt, das
Sein Kunigklich majestat darmit hab zu schaffen,
tun, und lassen, was Sein gnad will; also hat der
Kunig dieselben Schlüssel empfangen, und Im die-
selben wider empfohlen, und hat In diemuticlichen
uffgenommen. darnach hat In der marggrauff ge-
furt in ain Schone herliche Stat, heisst *Rubigo*, da
ist man Im aber costlich entgegen gangen mit al-
ler wirdikait, und hat der marggrauff in derselben
Stat zu *Rubigo* ain Schone vesten, da hat er den
Kunig selb uff gefurt, und hat da dem Kunig, und
allen den Sein, wie auch yedermgelich geben alle
gnugsamkayt; darnach hat er den Kunig gefurt
zu *ferrara*, das ist aber ain grosse Stat, und hat Im
so groß ere erpoten mit gaistlichen und mit welt-
lichen lewten, so wirdiclich, als man es erdenken
mocht, und hat da gar ain schon Palaß zugericht,
da ist ein weiter plaz in derselben Statt, und mit
grosser Zier, da ist denn allweg der marggrauff



Item predicaturam meam in vel extra curiam Romanam non dimittam sine expressa licentia & consensu Decani & Capituli predictorum. Item quod ultra corpus prebende predicature mee unite ac alia emolumenta per Canonicos alias in capitulo existentes percipi solita nec non duodecim florenos ex fabrica cedentes non petam aliam competentiam. Item quod contra premissa omnia & singula nullam dispensationem sive absolutionem a summo Pontifice aut alio cujuscumque auctoritatis existat per me vel aliam directe vel indirecte impetrabo nec impetratis utar quovis modo etiam si motu proprio aut ex certa scientia mihi concederentur. Item quod de hujusmodi meo juramento instrumentum publicum meis expensis fieri faciam & illud infra quindenam Decano & Capitulo presentabo.

Juramentum Vicariorum.

Ego N: juro & promitto, quod ero in antea fidelis Ecclesie, Decano Capitulo ac singulis personis, bonum procurando & damna pro posse cavendo.

Quod sigillum Capituli, instrumentum distributionis presentiarum, Litteras Thome *) & unionis absque contradictione tenebo.

Quod

*) De litteris Thomæ, que scilicet in vigilia hujus Apostoli in Capitulis prælegebantur, vide supra.



Quod me Capitulo non opponam, nec ipsura impediam quovis modo.

Quod fabricam ecclesie promotam habebō, de oblationibus nihil mihi vendicabo nisi mihi juxta morem ecclesie debeat.

Quod appellationi, si Capitulum vel majorem ejus partem appellare contingat, firmiter adherebo.

Quod continuam & personalem residentiam faciam apud ecclesiam comedendo & dormiendo absque omni dolo & fraude.

Quod statuta ordinationes ac consuetudines ecclesie scriptas vel non scriptas absque renisu servabo.

Quod annum Gratie juxta morem ecclesie absque contradictione persolvam.

Quod conspirationes contra Ecclesiam capitulum seu singulares personas non faciam aliquo modo.

Quod bona & possessiones census ac pensiones beneficij fideliter conservabo ac depertita si qua forent justitia mediante pro mea posse recuperabo.

Quod beneficio meo in divinis pro posse satisfaciam & diligenter.

Quod in omni casu & discordia inter personas hujus ecclesie & me motas seu movendas Decani & Capituli etiam appellatione remota stabo iudicio neque implorabo favorem vel auxilium personarum quarumcunque extranearum nisi per Decanum

& Capitulum manifeste mihi fuerit justitia denegata.

Quod instrumentum hujus actus dabo ad cameram infra quindenam.

Juramentum Altaristarum.

Ego N. juro & promitto, quod ero in antea fidelis Beate Marie ac Sancti N. ecclesijs ac singulis personis utriusque bonum & commodum procurando ac damna pro posse cavendo.

Quod mandatis Dominorum meorum absque contraditione parebo.

Quod beneficio meo juxta ejus institutionem fideliter satisfaciam & studiose.

Quod bona & possessiones beneficij mei in decenti tenebo cultura, & si quid ab eo alienatum comperero justitia faultrice & pro meo posse recuperabo.

Quod nullam potestatem maximè laicalem contra ecclesias predictas vel earum personas communiter vel divisim implorabo, sed super omni questione mihi quomodolibet movenda Dominorum meorum Decani & Capituli in quantum ad eos communiter vel divisim ejus pertinet cognitio appellatione remota, judicio stabo.

Quod ordinationes per Capitulum Ecclesie beate virginis predictæ vel jam factas vel in antea instituendas me concernentes sine contraditione tenebo.

Quod



Quod hujus actus instrumentum publicum infra quindenam meis sub expensis ad Cameram presentabo indilate.

*Juramentum Plebani Sancti Amandi. *)*

Ego N. juro & promitto quod ero fidelis huic & sancti N. ecclesijs ac personis utriusque commodum procurando & damna pro posse cavendo.

Quod mandatis Dominorum meorum licitis & honestis libenter parebo.

Quod in ecclesia mea personaliter residebo ac onera ejus portabo quantum in me est irreprehensibiliter & diligenter.

Quod bona & possessiones ad ecclesiam spectantes in congrua tenebo cultura & si quid ab ea alienatum deprehendam vel deperditum justitia mediante & pro viribus meis recuperabo.

Quod ex nulla causa potestatem aliquam maxime laicalem contra ecclesiam beate virginis vel ejus personas communiter vel divisim in auxilium implorabo sed super omni questione mihi quomodolibet

*) Schannat. hist. Wormat. pag. 65. notat: Hujus parochiæ S. Amandi mentio jam recurrit in litteris Anni MCCLXX. (sicque antequam hæc nostra Ecclesia erigeretur in Collegialem) spectabatque jus patronatus ejusdem ad Præpositos Majoris Ecclesiæ Worm. donec ex ijs Henricus quigam (de Duna) An. MCCC. XVIII. (quo electus est Episcopus Worm.) illud contulit ad opus Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ.



bet movenda apud Dominos meos Decanum & Capitulum appellatione remota justitiam recipiam nisi per eosdem fuerit mihi justitia notorie denegata.

Quod ecclesiam meam sine consensu Dominorum meorum Decani & Capituli nunquam permutare presumam.

Quod curiam meam parrochiam in debita structura tenebo.

Quod super premissis omnibus & singulis non faciam mecum per aliquam majoritatem dispensari neque dispensatione utar etiam si qua motu proprio mihi concederentur.

Quod hujus actus instrumentum publicum infra quindenam meis sub expensis ad Cameram presentabo.

Juramentum Rectoris.

Ego N. juro & promitto, quod in antea ero fidelis huic ecclesie & Dominis meis de Capitulo ad quemcumque statum pervenero.

Quod mandatis Dominorum meorum contravenire non presumam.

Quod tractatus capitulares si eorum vel ex officio vel alias ad me pervenerit notitia, non revelabo.

Quod Dominos meos Decanum & Capitulares ceterasque hujus ecclesie personas in condigna reverentia & veneratione tenebo.

Quod



Quod scolas sollicitè visitabo scolaresque meos in morum compositione & in scolasticis disciplinis atque doctrinis dirigam & instituam quam diligenter.

Quod querelas exteris personis quibuscunque contra Dominos meos vel personas hujus ecclesie non faciam sed ordinationibus Dominorum meorum, etiamsi contingat me hinc abire, per omnia stabo.

Quod hujus actus instrumentum publicum infra quindenam ad cameram meis suptibus dabo.

Juramentum Sacriste.

Ego N. juro & promitto quod ero in antea fidelis huic ecclesie Dominis quoque meis Decano & Capitulo ac singulis hujus ecclesie personis.

Quod ordinationibus Dominorum meorum Decani & Capituli in his que me concernunt, stabo per omnia atque parebo.

Quod potestatibus laicalibus contra ecclesiam vel ejus personas querelas non faciam sed de omni questione vel in me vel etiam per me movenda Dominorum meorum stabo decretis.

Quod extra septa hujus ecclesie domicilium non habebō, quodque per singulas noctes intra ecclesiam dormiam sine dolo & fraude & nullam muliebrem personam neque uxorem meam ad concubendum mecum illuc introducam.

Quod

Quod ornamenta ecclesie & omnia in custodiam mihi commissa fideliter custodiam sollicitè ac diligenter.

Quod oleum & ceram ecclesie in proprios usus minime convertam.

Quod tractatus capitulares, si quomodocunque ad me pervenerint, non revelabo & cum exteris de his, que hic accidunt, colloquia non habebō.

Quod obsequia mea & officium tam circa vocationes Dominorum meorum ad Capitulum vel etiam aliarum personarum quantum alias qualitercumque fideliter exequar & studiose.

Quod de omnibus istis fideliter exequendis atque servandis ydoneos Dominis meis fide iussores infra mensem proximum dabo.

Quod hujus actus instrumentum publicum sub quindena presentabo.

Nos jodocus Buer Decanus Waltherus Genns-
fleyseh Senior, Eucharius Nolts Wendalinus
pistoris Eberhardus Marckart joannes Buhel & Pe-
trus Mey Canonici Capitulares collegiate ecclesie
beate Marie virginis in suburbio civitatis Worma-
tensis in profesto Dedicationis ecclesie nostre que
fuit quarta die mensis julij Anno a Nativitate Do-
mini Millesimo quingentesimo vicesimo primo in
loco Capitulari solito in generali capitulo nostro
juxta consuetudinem dicte ecclesie capitulariter



gregati ac Capitulum generale tunc facientes & representantes nec non ad infra scripta concludenda, statuenda, terminanda & perpetuo observanda specialiter vocati mandato maxime & jussionibus Reverendissimi in Christo Patris & Domini nostri Dñi Reinhardi ex familia & genealogia Repurg Episcopi Wormatiensis parendo ad gloriam & honorem omnipotentis Dei intemerateque & gloriosissime virginis Marie patrone dicte ecclesie nostre matura deliberatione diversis in capitulis celeberrime indictis & celebratis prehabita, premissis etiam solemnitatibus debitis solitis & consuetis servatisque servandis ac vocatis omnibus & singulis qui de jure vel consuetudine ipsius ecclesie pro tempore vocandi erant, pro commodo statu honore ac tranquillitate tam ecclesie quam Decani Canonorum Vicariorum & aliarum dicte ecclesie personarum nobis ut premittitur capitulariter congregatis morem & consuetudinem partim hætenus observatas, partim vim statutorum habentes in eadem imitantes, nonnulla in melius commutantes seu abolentes reformando, (cum a primæva dicte ecclesie institutione nusquam inveniatur statutorum liber superioris auctoritate roboratus in unum redactus extitisse, sed sparsim cuncta seposita fuisse) ut de cetero absque cujusvis contradictione singula firmissime observentur & equalitas habeatur, pax etiam inter confratres observetur, infra scripta statuenda atque ordinanda duximus, prout presentium tenore nullo discrepante de novo ordinamus ac eadem antea dispersa in unum librum statutorum perpetuo



tuo observanda redegimus prefati Reinhardi Episcopi nostri beneplacito confirmatione atque auctorizatione accederitibus, cuique libello ubicumque locorum exhibito fidem indubitam (quantum in nobis est) adhiberi volumus perpetuis futuris temporibus, ac in eandem ordinationem infra scriptam ordinaria auctoritate ut premittitur confirmandam, qua semper salva, per nos & successores ac ipsius ecclesie personas sub per nos prestito & prestando juramento tactisque sacrosanctis Scripturis fideliter & bona fide inviolabiliter observandam consensum prestitimus atque consentimus per presentes, reservantes nihilominus nobis nostrisque successoribus antedictis facultatem ac potestatem infra scripta conjunctim & divisim ex urgentissima causa ac necessitate abolendi dispensandi declarandi immutandi addendi corrigendi interpretandi atque supplendi totiens quotiens expedierit & id necessitas exposulaverit, in simili tamen generali capitulo cum consensu Episcopi & majoris partis capituli pro tempore existentis & non alias de quibus protestamur expresse.

*Quis sit Prebendarum Collator? quidve quis
Canonici statutorum loco in ecclesia nostra solvere
habeat antequam possessionem Canonatus & pre-
bende adipisci valeat?*

Statuta.

Et in primis cum Prepositus majoris Ecclesie Wormatiensis pro tempore existens ex primeva di-



Etē ecclesie nostre beate Marie in suburbio Wormaliensi institutione ac Præpositus etiam ecclesie nostre omnium canonicatum & prebendarum ejusdem ecclesie nostre pro tempore vacantium cessantibus reservationibus apostolicis Collator unicus existat ac Decano & Capitulo dicte ecclesie qualificatum ac in sacerdotio constitutum juxta dicte ecclesie primeve institutionis tenorem *) ad vacantes pro tempore canonicatus & prebendas ad investendum presentare teneatur & obligatus sit, ne aliquando hesitetur an idem presentatus ad investendum

- *) Supra diximus quod Ecclesia hæc collegiata prius audierit vetus monasterium. Ejusdem loci Archidiaconus erat Præpositus Major tum temporis Henricus de Duna, ad quem etiam collatio prædictæ capellæ pertinebat. Consensit is non solum in erectionem novi hujus Collegii sed et jus collationis capellæ in perpetuum beatæ virgini offerens remisit et ei renuntiavit. . . In cujus donationis recompensam statuit Emicho Episcopus, ut Præpositus Major Ecclesiæ Wormal. ipsius etiam loci Præpositus sit et canonicatus et præbendas illic ibi omnium conferat canonicorum, cum eas vacare contigerit cet. ita litteræ Erectionis de an. 1298. apud Schannat. l. c.

Ibidem insuper provisum est, quod canonici a Præposito præsentandi actualiter debeant esse sacerdotes et bonæ vitæ; sed si Præpositus, qui pro tempore fuerit, Diaconum aliquem vel clericum inferioris ordinis præsentat, ad perceptionem proventuum suorum et præbendæ non admittatur, vel etiam ad consortium ipsorum Canonicorum, antequam ordines suscipiat sacerdotales.



dum seu eorundem canonicatus & prebende possessionem realiter assequendam aliquam statutorum loco solutionem subire vel facere teneatur, Nos ut premittitur Capitulariter congregati aliarum collegiatarum civitatis Wormatiensis & hactenus in ecclesia nostra laudabilem observantiam & consuetudinem introductam imitari & observare cupientes presentium tenore statuimus & ordinamus & quivis canonicorum ecclesie nostre quacumque auctoritate provifus fuerit antequam ad prestationem juramenti sive adeptionem possessionis Canonicatus & prebende admittatur, prius & ante omnia debet in promptis exolviffe ac realiter & cum effectu tradidiffe Capitulo nostro viginti florenos in auro Rhenenses in utilitatem ecclesie & capituli convertendos, similiter & septem florenos similes ad cistam cleri pro defensione privilegiorum cleri & ecclesiastice libertatis ac unionis quinque ecclesiarum Civitatis Wormatiensis, similiter unum florenum Campanatori & unum florenum Notario Capituli pro instrumento admissionis sive possessionis cum insertione juramenti prestiti, nec non cuilibet choralis duos Albos & hoc quidem inremissibiliter persolvere tenetur ante traditionem possessionis antedictae.

Decanus statutorum loco que solvere obligatur?

Statuimus insuper & ordinamus, Cum Decanatus in ecclesia nostra sit dignitas inibi non tamen principalis, curata & electiva, cujusque electionis



confirmatio ad Prepositum nostre & majoris Ecclesiarum Wormatiens. spectare dinoscitur, verum fixos fructus in corpore nullos habeat nisi duplices presentias in dicta ecclesia si personaliter fuerit deserviendas, ut tamen idem Decanus quacumque auctoritate pro tempore admittendus statutorum loco antequam ad illius possessionem admittatur decem florenos in auro ad massam Capitularem in utilitatem ecclesie & Capituli convertendos exolvat ac clero ad cistam ratione quotidianarum distributionum duplicium quemadmodum hactenus consuevit, duos cum dimidio florenos in auro consignare curet, de reliquis vero in nullo tenetur.

Item quod tempore vacationis Decanatus ecclesie nostre si ordinarie & de mense ordinariorum vacare contigerit, Domini de Capitulo alium canonicum Capitularem abilem & idoneum eligere & postulare habebunt atque habent juxta litteras institutionis quondam bone memorie Emichonis Episcopi Wormatiensis in quibus illa clarius continentur & quod idem Decanus decanatum suum nullatenus dimittat nisi de expresso Capitulo nostri consensu; & si Apostolice vacaverit & alicui auctoritate Apostolica desuper provisum fuerit & vigore litterarum apostolicarum Capitulo ad tradendum sibi possessionem requisitum fuerit, ob reverentiam sancte sedis Apostolice admittendus venit & admitti debet *) eo salvo & ea conditio-

*) De provisione Apostolica hujus Decanatus in litteris erectionis Collegii nihil reperitur, sed — Porro ipsi



ditione casu quo non fuerit qualificatus, quod infra dimidij anni spatium se ad ordines majores etiam presbiteratus promoveri ac etiam alias in omnibus & per omnia abilem & ydoneum faciat & personaliter resideat apud eandem ecclesiam nostram & in eventum quo negligens in hoc fuerit & in hujusmodi temporis spatio se non abilem reddiderit seu fieri procuraverit, ex tunc Domini de Capitulo alium ydoneum Capitularem canonicum in locum ipsius eligere habebunt & habent liberam potestatem absque aliqua contradictione sine exceptione, Apostolicis ac ordinarijs Constitutionibus Generalibus quibuscumque non obstantibus, & idem jurabit quod non velit hujusmodi ordinationi sive constitutioni ullo modo per quasunque litteras privilegiatas contra ire seu contravenire aut facere per se vel alium seu alios directe vel indirecte neque vel le impetrare neque impetratis uti vel gaudere. Quoniam propter absentiam longevam ipsius Decani ecclesia nostra detrimentum pati & persone residentes ad lasciviam & inobedientiam provocari possent.

D 4

Item

ipsi Fratres et Canonici per se communiter in principio nove plantationis sue et deinceps in perpetuum, quandocunque vacare contigerit, ad Decanatum et Cantoriam et ad Custodiam vel ad aliam quamcunque dignitatem seu personatum, quem in eadem Ecclesia institui contigerit in futurum, personas eligant et potestatem eligendi habeant, ipsaque personas electas ad confirmandum eorum Preposito representent.



Item quod nulli Decano etiam canonico seu vicario aliqui fructus dentur aut de illis respondendum erit nisi actualiter in sacerdotio constitutus fuerit & personaliter resideat apud ecclesiam nostram juxta tenorem litterarum nostrarum.

Item quod nullus sub juramento prefito unquam gravabit dignitatem canonicatum seu vicariam ecclesie nostre pensione aliqua & si dignitas prebenda aut vicaria pensione quacunque gravata r. perta fuerit, quod ex tunc eandem infra duorum aut trium mensium spatium post ejus acceptationem sub pena privationis & suspensionis fructuum & emolumentorum tam Capitularium quam presentiarum & ab ingressu Capituli liberabit & salvam faciet & quamdiu hujusmodi pensio liberata non fuerit, suspensus teneatur, nec non Dominos Capitulares de liberatione sic facta certificare teneatur & obligatus existat.

Item quod Decanus semel in anno convenienti & congruo tempore juniorem canonicum si ille idoneus fuerit deputet, alioquin idem Canonicus, alium idoneum in locum suum deputabit, qui legat litteras Thome unionis privilegia indulta quecunque & qualiter persone se habere debeant in choro & etiam psallendo cantando missas & alia faciendo persolvendo, & si aliquem negligentem inveniret ex vicarijs de premissis juxta meritum facti seu cause corrigat seu corrigere faciat per duos de Capitulo si eorum interest seu ad illos spectat negotium.

Item



Item quod Decanus diligenter in Capitulo si in illo fuerit admissus vota personarum colligat & collecta cum maturitate & diligentia nec minus aut magis addendo vel minuendo pronuntiet, conspirationem, adhesionem informationem quoque nullatenus faciet aut procuret inter personas tam in capitulo quam extra illud quocunque modo & de fructibus hucusque Decano debentibus videlicet duplici presentia duntaxat si presens fuerit, contentus existat nec amplius quid sibi usurpare presumat ab ecclesia nostra, & si illum absentem in choro cessantibus legitimis causis pro duplici absente notetur & inscribi debeat, ratione Decanatus & prebende sue.

Statuimus ulterius, ordinamus quoque quod nulli Decano existenti Canonico etiam quacunque auctoritate eidem provisum ac ipse possessionem consecutus fuerit, ingressus Capituli statuatur seu concedatur nisi ille primam annalem & personalem prius compleverit residentiam apud ecclesiam prout inferius latius cavetur, sed nihilominus Capitulum intimare & colligere habebit totiens quotiens opus erit preter id quod inquirere habeat vota in eodem & mentem Dominorum colligere indagare & pronuntiare, sed illud spectabit ad seniores Canonicum pro tempore cui Decanus condignam remunerationem ea ratione dare obligatus & astrictus erit.

Item in eventum quo aliquis vicariorum Decanatum ecclesie nostre seu aliquis extra eandem ec-



clesiam constitutus in eaque non prebendatus habuerit seu consequatur, huic nullo umquam tempore licebit habere aditum Capituli nec habebit vocem neque privilegij canonorum gaudebit sed onera quecunque Decanum pro tempore concernentia seniori canonico relinquet portanda & adimplenda, cui tenebitur etiam pro laboribus condignam facere remunerationem, alia etiam non longe ab his aliena Decanum & juniorem canonicum respicientia in fine presentium statutorum & registri reperientur.

*Quid vicarius statutorum loco exponere teneatur ante adeptionem possessionis sue? *)*

Simili modo statuimus volumus & ordinamus ut quivis vicarius ecclesie nostre pro tempore admittendus ad possessionem vicarie sue similiter & plebanus sancti Amandi ad plebaniam in dicta ecclesia tenetur & debet exolvere quinque florenos in auro statutorum loco in utilitatem ecclesie & Capituli convertendos, & nihilominus clerico taxam juxta morem & observantiam aliarum ecclesiarum prout vicaria sua pro tempore in fructibus taxata reperitur, puta de uno floreno album similiter & Decano ecclesie nostre pro tempo-

re

*) Emicho Episcopus super vicariis et aliis Officiis instituendis voluit, ut Canonici personas utiles eligant eisdemque eadem beneficia conferant. si vero ipsos Canonicos in hujusmodi electionibus discorde contigerit, majora vota decident.



re existenti tanquam prelato suo unum florenum pro flascone & vinum admissionis sic ut cuilibet canonico capitulari in capitulo pro tempore modo quo supra presenti media quarta vini vel loco ejusdem duo albi consignentur, Decanus cum vino admissionis & flascone antedicto contentus remanebit, Campanatori dabit duos solidos hlls. notario capituli pro instrumento possessionis inferendo juramentum medium florenum & unicuique choralium unum album, hoc idem servari volumus si Decanus cum Capitulo seu aliquis Canonorum seorsum quaecumque alia beneficia juxta ecclesias ad eorum collationem spectantia vel successive conferrent ut & illi vinum admissionis expediant, clero satisfaciant & Decano nostro vel in ejus absentia seniori Canonico manualement obedientiam atque reverentiam promittant & gaudebit senior Canonicus flascone in absentia Decani & amplius nihil a Capitulo gaudebit.

*De Cautione Capitulo prestanda per Decanum
& Canonicos habita possessione.*

Insuper statuimus & ordinamus quod quicumque Decanus vel Canonicus ecclesie nostre pro tempore ad Decanatum & prebendam admittendus debeat & teneatur post traditam sibi possessionem infra mensis spatium a die habite possessionis computando dare ac facere cautionem fidei jussoriam ydoneam per Decanum & Capitulum diete ecclesie nostre respective acceptandam per quattuor spirituales



les personas canonicos sive in dignitate constitutos de relevando ecclesiam nostram nec non Capitulum & personas ejusdem conjunctim & divisim indemnes a quibuscunque molestijs perturbationibus damnis periculis & expensis tam Decanatus quam canonicatus & prebende dicte ecclesie pro tempore & illorum respective tradite possessionis occasione movendis suscitandis aut quavis alia ratione emergentibus causis quacumque contradictione dolo & fraude cessantibus.

*Quibus Annus gratie & quomodo debeat. *)*

Statuimus similiter & ordinamus, quod quilibet Canonicus in plena fructuum perceptione sue prebende existens non suspensus neque excommunicatus decedens habeat annum gratie pro anniversario suo duntaxat deputando, nisi de alijs suis bonis per eum derelictis suis creditoribus, si quos habuerit, satisfieri non possit, eo tunc de anno gratie hujusmodi dictis creditoribus quantum se extendit

- *) Documentum erectionis sic habet: Quia Ecclesiam Civitatis Wormatiensis conventuales hoc habent et tenent ex consuetudine ab antiquo observata, quod vacante prebenda et Canonicatu in eorum Ecclesiis electus et institutus fructus prebende sue percipere non debeat nisi post elapsum quatuor annorum spatium, hujusmodi tempus Emicho Episcopus ita moderatus est, quod presentatus et institutus per duos tantum annos a tempore mortis decedentis Canonici pro anno Gratiae primus convertatur annus, alius vero in utilitatem Ecclesie Beatae virginis — .



dit satisfieri debet, sic tamen si defunctus ecclesie nostre dum viveret obligatus fuerit & remanserit post mortem omnibus ceteris creditoribus preferatur, & pro hujusmodi gratie introductam hactenusque observatam consuetudinem observare volentibus officiatu prebendarum dabit illi ad quem hujusmodi annus gratie spectabit pro fructibus ejusdem sedecim maldra siliginis & quinque libras hllns. & in illis quivis contentari tenetur.

Carens Anno Gratie tunc fructus duorum annorum qui appellantur Anni expectantie cedunt masse Capitulari.

Preterea volumus atque ordinamus si decedens Canonicus fuerit suspensus vel excommunicatus vel alias ex quibusvis alijs causis hujusmodi anno gratie carere habebit seu oportuerit ex tunc biennium quod est expectantium annorum tempus ac fructus per illud tempus prebende vacanti debiti cedunt ad massam Capitularem illucque persoluti in utilitatem ecclesie & Capituli convertendi erunt, qui si quidem duo anni currere debent atque incipere altera die post tricesimum defuncti & singulis annis pro fructibus unius prebende Officiatus prebendarum ad massam Capituli persolvere tenetur sedecim maldra siliginis & quinque libras halls. juxta morem hactenus introductum, in quo contentus esse debet, neque de alijs emolumentis quicquam exigere presumat, hoc idem observetur si annus gratie, Canonico defuncto debetur in anno
secun-



secundo hujusmodi expectantie annorum, qui simili modo ad massam predictam consignandus erit.

De duobus annis expectantie & quando sunt inchoandi?

Quod sepius repetitur clariorem reddit intellectum, volumus & ordinamus quod quicumque Canonicus quavis etiam auctoritate adeptus fuerit Canonicatum & prebendam ecclesie nostre predictae sive per mortem sive per simplicem resignationem in manibus cujuscumque factam seu privationem vacantes etiam in plena perceptione sive in annis expectantie quomodolibet existens habita possessione eorundem debeat & teneatur expectare prebendam Canonicalem tam in fructibus prebendalibus quam quotidianis distributionibus post tricesimum a die adeptae possessionis computando ad duos annos sese immediate sequentes quocumque tempore anni defunctus decesserit seu alias prebenda vacasse censeatur, quorum annorum fructus modo quo supra cedunt primus pro anno gratie, si debetur secundus Capitulo ut latius prius declaratum extitit.

Post adeptam possessionem & lapsum triginta dierum successor in prebenda duos annos expectare debet.

Statuimus & ordinamus, quod si Canonicus decedens non fuerit in plena perceptione fructuum prebende sue quia fuit in annis expectantie & sic non habebit annum gratie, vel fuit suspensus modo



do quocunque, nihilominus tamen successor in Canonicatu & prebendaque ad fructus prebendales ac distributiones tenetur expectare, lapso tricesimo die post habitam possessionem per biennium incipiendo modo que supra.

Quorum Annorum expectantium fructus cedunt Dominis de Capitulo.

Insuper quivis Canonorum Canonicatum & prebendam in ecclesia nostra per obitum privationem aut simplicem resignationem affectus duos annos lapso tricesimo post adeptam possessionem eorundem inchoandos expectare debeat volumus atque ordinamus, quod singuli fructus dictorum duorum annorum ad hujusmodi prebendas pro tempore spectantes cedere debent ad massam capitularem nisi defunctus fuerit talis qui mereatur annum gratie, ex tunc fructus primi anni pro anniversario deputentur seu alias pro creditoribus predictis juxta supra scriptorum statutorum tenorem distribuantur, reliquum vero annum masse capitulari absque onere aliquo libere cedere debet.

Compermutans succedit in locum permutantis.

Similiter volumus & ordinamus, quod si quis consequitur canonicatum & prebendam ecclesie nostre quacumque auctoritate non per mortem defuncti sed ex permutatione alicujus Canonici & hujusmodi Canonicus permutans excessit annos expectantie ac fuerit in plena perceptione fructuum prebende sue, ex tunc compermutans successor
suus



suus illico facta permutatione superioris auctoritate habita possessione residentie annum incipere potest, quo finito sortiatur in proximo generali capitulo in omnibus locum, si alias fuerit idoneus, antecessoris sui, si autem talis permutans non fuerit in plena perceptione fructuum quia forte ad huc in annis fuerit expectantie primo vel secundo tunc successor compermutans suus solum & duntaxat tenetur supplere & expectare residuum expectantie tempus, quod precessor suus expectare tenebatur.

Affecutus prebendam per privationem vacantem expectabit duos annos.

Volumus denique & ordinamus ut si quis canonicorum ecclesie nostre de meritis suis id exigentibus Canonicatu & prebenda, quod absit, privatus fuerit, ex tunc quia civiliter mortuus censetur, tenetur successor suus duos annos expectare ac si in locum defuncti successisset a die habite possessionis computando.

De Annali residentia facienda.

Statuimus & ordinamus, quod nullus canonicorum ecclesie nostre ad plenam fructuum prebende sue perceptionem admittatur nisi prius solitam residentiam annalem & consuetam juxta ecclesie nostre hactenus observatam consuetudinem inchoaverit & ad finem usque perduxerit ac ad eandem per capitulum specialiter ad hoc per noctem indictum commissus fuerit quacumque auctoritate etiam

etiam eidem provisum fuerit etiam ad Decanatum ipsum & qualificatus non fuerit, non admittatur ad Capitulum nisi prius solitam fecerit residentiam & ratione Decanatus sui non sit relevandus in eo. cct.

Que sint cavenda & que facienda per canonicos in Anno residentie existentes & que ex statuto eisdem quoad licentiam abessendi debentur?

Insuper volumus & etiam ordinamus quod canonicus sicut premittitur ad residentiam admissus incipiendam tenetur per totum annum in suburbio civitatis Wormatiensis apud ecclesiam nostram residere & nullam noctem extra septa seu terminos dicte ecclesie sed neque in civitate Wormatiensi dormire neque ad littus alterius partis Rheni annavigare seu Rhenum transire *) aut in aliquo festo suspendenti in matutinis & in missa ab ecclesia & choro abesse nisi gravi infirmitate detentus indultum desuper a Decano vel seniore Canonico in absentia Decani obtinuerit, alioquin residens carebit pro illo anno fructibus prebende & ad restitutionem omnium fructuum perceptorum obligatur demptis quotidianis distributionibus deservitis. Caveat etiam dictus Canonicus residentiam faciens ne quo modo excommunicationis vel suspensionis à jure

*) In pluribus id Ecclesiis ad Rhenum sitis observatur, quod Domicellar absque licentia in scriptis obtenta non liceat ad aliud Rheni littus transire; ut hodierna Ecclesie Metropolitanæ Moguntinæ praxis etiam docet. —



re vel ab homine latam sententiam incurrat, alias franget residentiam antedictam & ad restitutionem omnium fructuum tenetur, uti prefertur.

Habet tamen dictus Canonicus in anno sue residentie tres quindenae a Decano & Capitulo capitulariter petendas conjunctim vel divisim quindecim diebus pro quindena computatis, habet similiter autumnum incipiendum post missam summam diei natiuitatis beate Marie virginis & continuandum ad vigiliam omnium sanctorum usque ad vespas exclusive quando quilibet tenetur in eisdem interesse sub pena suspensionis, cum ante vespas hujusmodi autumnus censetur esse finitus, neque potest idem residens interpellatis diebus hujusmodi uti quindenae, sed pro una quindena licentia recepta si uno, duobus tribusve diebus absens fuerit & redierit totam quindenam habuisse censetur, sic & de alijs omnibus illis quibus volens facere residentiam auferatur. Idem etiam Canonicus existens in anno residentie hujusmodi etiam in sacerdotio constitutus Officium prebendarum gerere minime obligatur, etiam si id ipsum ex ordine contingeret, neque idem Canonicus residentiam primam annalem faciens ipso anno durante domum Canonicalem si que vacaret optare potest neque licebit eidem.

Frangens residentiam tenetur ad restitutionem fructuum.

Ordinamus etiam atque inuolabiliter observari volumus, quodsi canonicus hujusmodi resi-
den-

dentiam modo quo supra incipiendo ad finem anni non continuaverit aut illam frangi contigerit seu ad homine vel jure excommunicationis vel suspensionis sententiam incurrerit, quod teneatur omnes & singulos fructus prebende sue usque tunc receptos capitulo seu illius officiato dicte ecclesie pro tempore existenti restituere & ultra percipiendis carere quo usque eidem Capitulo seu officiato de perceptis fructibus integraliter satisfecerit, quo facto & non alias poterit dictus Canonicus cum licentia capitulari de novo residentiam annalem inceptare & illam cum cautelis supra notatis usque ad finem continuare.

Cautio prestanda super restitutione fructuum per frangentem residentiam.

Volumus similiter & ordinamus ut quilibet canonicorum ante inceptam residentiam teneatur dare fide jussoriam cautionem sufficientem de restituendo perceptos fructus capitulo dicte ecclesie in eventum quo contingeret ipsum frangere pro tempore residentiam seu eandem ex quacunque causa ad finem non deducere, verum si aliquem in anno residentie decedere contingeret, ille ad nullam restitutionem tenetur, sed pro rato temporis deservita percipere & exigere licite possunt ejus testamentarij.

Finito anno residentie quandoquis ad Capitulum recipi debeat?

Preterea cum statuto nullo cavetur, ut finita residentia canonicus ad completionem biennalis



studij obligetur volumus & ordinamus ut quisvis canonicus nostre ecclesie aëtu in sacerdotio constitutus expleto anno residentie sue in Capitulo proximo Generali tunc sequente personaliter compareat seque ad illud recipi & admitti humiliter postulet, qui quidem Canonicus tunc finito generali Capitulo hujusmodi, si aliud Canonicum non obsistat impedimentum, ad locum capitularem atque capitulum recipi & admitti debet & tenetur, antequam tamen admittatur debet & tenetur dictus recipiendus capitulo seu masse capituli diëte ecclesie duos florenos Rhenenses exolvissè in usus Capitulares convertendos quemadmodum longeva consuetudine introductum atque observatum existit.

De Capitulis quatuor Generalibus.

Statuimus & ordinamus ut singulis annis quatuor capitula generalia in ecclesia nostra celebrentur pro ut a primeve ecclesie nostre erectionis tempore in collegiatam in eadem ecclesia tantum practicum atque observatum fuit, videlicet in profesto Nativitatis gloriosissime virginis Marie, in vigilia nati- vitatis Domini nostri ihesu Christi salvatoris nostri, sabathi die post Dominicam in quadragesima in qua cantatur in ecclesia Dei pro introitu *Oculi Domini* & in profesto Dedicacionis ecclesie nostre que est semper prima Dominica post festum beatorum Pe- tri & Pauli Apostolorum, in quibus quidem quat- tuor capitulis que pro tempore statuuntur pro lege observentur & presentibus pro tempore personis

Ca-



Capitularibus de massa communi prebendarum di-
ctę ecclesie in singulis generalibus Capitulis ante-
dictis cuilibet Capitulari duo maldra siliginis &
unus florenus in auro seu valor ejusdem persolvantur,
qui vero absens fuerit pro tunc capitularis
nulla alia pena plectetur quam quod perdet pro
tempore emolumenta predicta nec officii ecclesie
in predictis generalibus eximantur, quin Capitulis
hujusmodi interesse teneantur sub pena amissionis
emolumentorum predictorum totiens quotiens id
contigerit.

*Ut quilibet Capitularis Canonicus apud ecclesiam
continuo residens de communi massa prebendarum ha-
beat annuatim loco fructuum Capitularium sex maldra
siliginis & sex libras hlln: ultra ea que deserviuntur
in quattuor Capitulis generalibus,*

Insuper cum nullus proprijs expensis militare te-
neatur & capitulares persone antedictę preter
duo maldra siliginis & unum florenum cuilibet ca-
nonico Capitulari in singulis quattuor generalibus
capitulis persolvenda nihil aliud toto in anno per-
cipiant, sit preterea laudabilis consuetudo & obser-
vantia in singulis alijs collegiatis ecclesijs Civitatis
Wormatiensis, quod canonici Capitulares qui pon-
dus & estus diei sustinent & negotia ecclesiam &
clerum concernentia tractent ac pro conservatione
ecclesiastice libertatis continue invigilare habeant,
ut illis presertim de massa prebendarum ante ge-



neralem divisionem tam in pecunijs quam in frumentis loco Capitularium grossorum in laborum recompensationem de certa quota provideatur per que persone Capitulares ad subeundum hujusmodi onera Capitularia alacriores efficiuntur & in ecclesia nostra capitulares persone ob tenuitatem atque exilitatem fructuum prebendarum hactenus nullos fructus capitulares grossos habere consueverunt, eos allicere in futurum cupientes quatenus industria ipsorum massa prebendarum per bonum regimen augmentum & divinus cultus suscipiat incrementum, quare statuimus volumus & ordinamus, ut de cetero quivis Canonicus Capitularis residens ultra dicta duo maldra siliginis & unum florenum in quolibet generali Capitulo presens atque interessens deservienda de communi massa prebendarum ante divisionem eorundem percipiat loco fructuum Capitularium grossorum annuatim sex maldra siliginis & sex libras hlln: quibus singulis a massa communi detractis alijsque oneribus prebendarum sublevatis post modum ad duodecim prebendarum corpora equalia dividenda & facienda per eos procedatur & ita in perpetuum observetur donec ecclesia ad uberiores fortunam devenit.

Quod statuta per admittendos pro tempore Decanum Canonicos in eorum admissione solvenda cedant ad Capitulum sive massam Capitularem vel officiato cui hoc commissum fuerit.

Cum in superioribus statutis cautum inveniatur
ut Decanus pro tempore admittendus ad pos-
ses-

sessionem Decanatus decem, Canonicus vero ad Canonatus & prebendas viginti duos florenos Capitulo seu masse capitulari irremissibiliter exolvere teneatur, volumus & ordinamus ut quotienscumque viginti floreni reperti seu soluti fuerint Capitulo seu masse, totiens officiatuſ censum annuum unius floreni cum consensu Decani & Capituli emere & comparare debet pro Capitularibus fructibus predictis distribuendis in sublevamen masse prebendarum ut in proximo statuta continetur, nec liceat personis capitularibus aliter hujusmodi pecunias ex admissionibus seu alias provenientes quomodolibet inter se dividere seu in alios usus convertere.

Absens in Capitulo per noctem indicto totiens quotiens id contigerit, solvat ad pixidem unum album pro pena.

Statuimus atque ordinamus ut absens Canonicus Capitularis in capitulo per noctem indicto pro pena ex bursa sua ad pixidem ad hoc in capitulo deputandam totiens quotiens id contigerit, cessante causa rationabili, unum album persolvat & hoc idem de Decano nostro intelligendum censemus ita ut officiatuſ capituli pro tempore existens de collectis ex ipsa pixide in computatione sua annuatim facienda faciat rationem.



Quam jurisdictionem seu superioritatem Decanus habeat in vicarios & conventos super debitis & quedam Canonicos concernentia, si impetiti fuerint super debitis.

Preterea cum Decanus ecclesie nostre pro tempore existens sit caput capituli & ad eum sive seniorelem Canonicum in absentia Decani indictio capituli pro tempore spectare dinoscitur, habeat etiam disquirere vota & primum votum dare tenetur, nec non conclusiones pro tempore in Capitulo factas deferre atque partibus conclusa Capituli nomine dare ne de illius jurisdictione seu superioritate in personas dicte ecclesie dubitari contingat ea in scriptis redigere volentes aliarum ecclesiarum Civitatis Wormatiensis morem & observantiam imitando volumus & ordinamus ut Decanus, cui omnes persone ecclesie ut prelate eorum etiam Canonici dicte ecclesie debitam reverentiam & honorem exhibere merito tenentur, nullam tamen in Canonicos dicte ecclesie coercitionem aut jurisdictionem habere presumat pro quocumque excessu seu negligentia choralis sed neque creditoribus super querelis occasione debitorum administrare justitiam contra canonicum se solo, sed remittere omnes causas ad capitulum vel juxta votorum majoris partis ibidem pro tempore existentium negotium discutietur atque terminabitur, Verum quoad Vicarios, rectorem scholarum & campanatorem nec non alias dicte ecclesie personas volumus statuimus & ordinamus ut quivis Decanus



possit & valeat eosdem conjunctim & divisim propter eorum choralem negligentiam vel inobedientiam seu inhonestam vitam tam in presentijs quam fructibus suarum vicariarum previa ratione suspendere vel inclaustrare & pro libitu sue voluntatis emendare ac corrigere secundum delicti exigentiam, & in eventum quo vicarij & antedictæ persone coram decano super debitis aut alijs querelis ac molestationibus que judicialem non requirunt indaginem a quocumque sive clerico sive laico impeterentur & hujusmodi debitum liquidum fuerit, possit decanus terminum prefigere convento quindecim dierum ad satisfaciendum de debito hujusmodi querulanti, quo lapsò & non satisfacto potest Decanus ad invocationem Actoris dictam personam sive vicarium à perceptione fructuum sive quotidianarum distributionum suspendere usque ad plenariam satisfactionem, si autem debitum negatum fuerit tunc Decanus actorem cum reo remittat ad jus atque officialem nec se de ulteriori processu quoquo modo intromittere presumat. Similem superioritatem atque jurisdictionem in dictæ ecclesie officiatos presertim vicarios eorumque pro tempore fidejussores ob non solutionem deservitarum distributionum aut aliorum debitorum Decanus si imploratur exercere potest & debet, illos cogendo atque compellendo per inclaustrationem sive suspensionem uti presertur quousque plenarie satisfiat.



Decanus concedit singulis personis licentiam ad certos dies infra notatos.

Insuper volumus & ordinamus ut Decanus ecclesie nostre pro tempore existens seu in ejus absentia senior Canonicus possit canonico decem & vicario licentiam petenti extra civitatem quinque dies concedere, in quibus tamen dies recessus & adventus sunt computandi sine fraude & dolo.

Quis licentiam quindenarum Canonicis concedere habeat?

Item cum quivis canonicus ecclesie nostre habeat gaudere tribus quindenis annuatim pro negotijs suis extra civitatem tractandis atque expediendis & istas, si voluerit, simul recipere atque a capitulo capitulariter congregato petere, volumus ut idem mos hactenus introductus deinceps perpetuo observetur, si autem voluerit unam quindenam solum recipere illam potest extra capitulum a Decano postulare qui & eandem petenti concedere debet & quindecim dies pro quindena computantur, ita ut dies adventus & recessus in eisdem includantur, nullus tamen licentiam petere potest per literas, nuntium sive procuratorem, sed neque quindenam unam per plures absens, verum necesse est ut presens personaliter in loco constitutur, caveat etiam petens quindenam unam vel plures a festum suspendens incidat in quindenam quod abforbebit quindenam ipsam inutilemque reddet &
ni-

nihilominus penam suspensionis persolvere habebit nisi hoc ex licentia capitulari expressis verbis relaxatum seu indultum fuerit & existat.

Que sint festa Decani quæve suspendentia?

Volentes benignam hætenus introductam atque observatam consuetudinem in scriptis redigere ne aliquando a curiosis seu curam nimiam gerentibus hesitari contingat, & que sint festa suspendentia quæve pena non interessentium tam canonicorum quam vicariorum hujusmodi suspensionem incurrentes enotare, statuimus igitur atque ordinamus: ut festa subsequencia absentes suspendant, videlicet Omnium sanctorum, Nativitatis Domini nostri ihesu Christi, Purificationis beate Marie virginis, Annuntiationis ejusdem, Pasche, Penthecostes, Dedicacionis Ecclesie, Assumptionis beate Marie Virginis atque Nativitatis ejusdem. Est autem suspensio ista Canonici quotiens illam incurrerint diebus supradietis una libra hallens: capitulo seu masse capituli persolvenda, quam incurrit quivis canonicus dicte ecclesie similiter & Decanus non existens in initio epistole missæ usque ad finem offerentorij, vicarius decem solid: hlls: suspensionem incurrens pro pena dicto capitulo seu masse capituli exolvere teneatur; Et nihilominus tam canonicus quam vicarius qui sic suspensus fuerit, debet petere a Decano seu in ejus absentia à seniore Canonico restitutionem presente alio Canonico sub divinis in foro seu loco Capitulari, & sequenti die mane in quarto pulsu usque ad secundum pulsum primarum



inclusiue in ecclesia inclaustrari consueto more aliarum ecclesiarum, & cum dicta novem festa suspendentia etiam festa Decani appellentur eisdem pro latiore declaratione adjungenda sunt festa non suspendentia quæ tamen ad Decanum pertinebunt pro tempore officienda videlicet Epiphaniæ Domini Ascensionis Dñi & corporis Christi que ad officium Decani spectant, similiter Cena Domini, pasceves & sabatho sancto pasche ubi Canonici videlicet senior & junior ad altare ministrare obligantur, & Decanus illis refectionem in prandio facere habebit.

Quando vacantie autumnales incipiunt atque finiuntur?

Item cum vacantie seu ferie autumnales incipiant illico finito offertorio missæ, festo natiuitatis gloriosissime virginis Marie & finiantur in primis vesperis festi omnium sanctorum exclusiue, morem vetustum observare volentes volumus atque ordinamus ut quicumque Canonicus sive vicarius in dictis vesperis presens non fuerit absque capitulari licentia suspensionem incurrat & penalis fiat ut supra de alijs festis suspendentibus cautum est.

Petens licentiam per festum suspendens presens esse teneatur?

Statuimus & ordinamus ut quicumque voluerit petere licentiam per festum suspendens debet esse presens in suburbio civitatis apud ecclesiam nostram.



Vadens ad primitias, nuptias funera atque exequias habebit presentias chorales.

Insuper volumus & ordinamus, quod si quis ex personis ecclesie sive Decanus Canonicus sive vicarius fuerit invitatus ad primitias sive nuptias sive funera mortuorum aut ad exequias eorundem vocatus extiterit & cum licentia Decani aut senioris pro tempore Canonici in absentia Decani istuc transferit sive in Civitate Wormatiensi sive extra presentias chorales seu quottidianas distributiones aliaque emolumenta presentibus debentia interea non perdet, sed eidem uti presenti & interessenti administrantur, si autem extra civitatem Wormatiensem primitiè nuptie funera sive exequie per unum miliare vel ultra fieri celebrative contingeret, ex tunc eidem persone istuc proficiscenti tres duntaxat dies in presentijs administrantur & concessi sint, quorum trium dierum primus ad proficiscendum secundus ad manendum tertius dies ad redeundum assignetur, dolo tamen & fraude in omnibus premissis seclusis, data tamen fide manuali ad manus Decani vel senioris Canonici.

Canonicus vadens ad limina peregrinationis gratia citra montes, ad medicos sive thermas, habebit licentiam quam diu voluerit cum perceptione omnium emolumentorum.

Statuimus & ordinamus quod canonicus Capitularis volens ire ad limina Sanctorum peregrinationis gratia citra tamen montes, vel Canonicus infirmus volens ire ad medicos sive consilia medicorum



rum ad thermas seu balnea naturalia pro sanitate recuperanda, habebit licentiam quam diu voluerit et hec faciat super conscientia sua & non ficto modo, quam licentiam in capitulo nostro per noctem indicto etiam tempore autumnali petere potest & debet, neque festa pro tempore suspendentia quecumque in casibus predictis canonicum hujusmodi licentiam habentem atque absentem suspendunt aut penalem reddunt, sed idem Canonicus durante absentia sua hujusmodi singulis fructibus prebende sue etiam emolumentis capitularibus in quibuscunque rebus consistunt integraliter gaudere habebit, atque percipiet cum generalibus & computualibus antedictis cum afflictio non sit addenda afflictio, neque sit verisimile aliquem in peregrinatione vel apud medicum aut thermas in ecclesie & suum ipsius prejuditium diu mansurum, hac etiam adjecta conditione, quod si que onera absentis pro tempore canonico, ut premittitur, incumbunt in ecclesia supportanda, durante absentia sua antedicta interea quia ecclesia in dictis oneribus non defraudetur, sed per aliam idoneam personam fieri procuret sub pena perditionis emolumentorum per absentem interea recipiendorum, data tamen fide manuali ad manus Decani vel in absentia ejus senioris Canonici.

Recedens ab ecclesia de creditis in ecclesia ac personis ejusdem satisfaciat.

Ordinamus atque statuimus ut si aliquis Decanus Canonicus sive vicarius aut persona ecclesie

noſtre via permutationis ſeu ſimplicis reſignationis ab eccleſia noſtra recedere voluerit, ut de licentia capitulari petita & obtenta ac conſenſu ejuſdem capituli per noctem indiſti hoc faciat, nec talis licentia alicui concedatur niſi eccleſie & perſonis ejuſdem reſpective de obligatis debitis per eundem antea ad plenum ſatisfaciat ſeu ſufficienti deſuper fidejuſſoria cautione preſtita ſe cum eccleſia ſeu creditoribus concordet aut amicabiliter componat.

In abſentia vel apud eccleſiam non reſidens nullus fructus Decanatus, prebende vel vicarie ſue percipere preſumat.

Cum beneficium detur propter officium & quilibet recipiens beneficium tacite ſe obligat reſidere apud eccleſiam in qua ipſe exiſtit ac Deo juxta institutionem ejuſdem obſequium debitum perſolvere, multi tamen occaſionem minus rationabilem petentes ſe ab eccleſijs in quibus beneficia obtinent, abſentare ſtudent in detrimentum divini cultus quo fit ut popularis devotio decreſcit, laici ab institutionibus beneficiorum retrahantur, & ſacerdotalis reverentia languſcat, in malis exemplum plurimorum ac contra voluntatem primeve noſtre eccleſie erectionis & tenorem, quare ne divinus cultus in eccleſia noſtra retardetur aut per quemcunque modum negligatur ſtatuímus volumus & ordinamus ut nulli deinceps in perpetuum Decano Canonico vicario ſeu Altariſte in eccleſia noſtra quomodocumque qualificato fructus prebende ſeu beneficij ſui in abſentia alibi ex quacunque cauſa
etiam



etiam in Romana curia existenti sive residenti administrantur nisi quando possessor pro tempore causa beneficij sui quod in ipsa ecclesia nostra obtinet Romam super eodem fuerit citatus defensionis gratia istuc proficisci compelleretur, in eo casu & nullo alio fructus beneficij sui seu prebende, si non capitularis fuerit, quotidianis distributionibus exceptis licite percipere habebit dummodo hec in fraudem non facit neque per collusionem, ita tamen quod solitum juramentum per Romipetas prestari consuetum, petendo licentiam ad urbem in omnem casum. & eventum in Capitulo faciat atque prebet.

Nullus ad Capitulum recipiatur, cujus prebenda fuerit litigiosa.

Similiter volumus & statuimus ut nullus Canonicus etiam post factam annalem residentiam ad Capitulum admittatur sive recipiatur, cujus prebenda quacumque auctoritate fuerit litigiosa seu eandem ante ingressum pacificam reddere tenetur.

Qui pro tempore in tabula chori pro aliquo actu faciendo inscriptus fuerit, id ni fecerit per se vel alium pro ea vice presentias chori amittet.

Statuimus pariter ordinamus ut quotienscunque aliquis ex Decano Canonicis vicarijs seu altaristis in ecclesia nostra pro aliquo actu in choro subeundo seu cantando tam in vesperis matutinis atque in missa in tabula cerea chori *) inscriptus fuerit
&

*) Apud Miræum Tom. 2. pag. 1343. n. 17. Item provideant dicti Cantor et Canonici de tabella in che-



& eundem actum per se ipsum vel aliam dicte ecclesie nostre ydoneam personam facere neglexerit, totiens quotiens id fieri contigerit, pro ea vice presentijs chori sibi tunc debitis carebit atque amittet.

De Curijs Claustralibus suo ordine assumendis.

Cum insuper nos Decanus & Capitulum ecclesie beate Marie predictae transactis temporibus diversis & varijs importunitatibus maxime quod communis clerus et in unione Cleri Wormatiensis existentes legitimis ex causis ymmo propter differentias & dissensiones inter eos & consulum totamque communitatem civitatis Wormatiensis diversis respectibus exortas, extra eandem civitatem & ab eorum ecclesijs separati ac divisi compluribus annis, aliunde in diversis etiam locis commorari coacti, maxima gravamina damna & expensas passus sumus, quodque interea curie, domus & vinee ecclesie & prebendarum nostrarum plurimum ruinosae & devastate non sine magna jactura nostra restaurata reparate atque erecte sunt ita & taliter quod Canonici ecclesie nostre easdem in antea competentes possidere & inhabitare pariterque levioribus expensis inesse conservare valebunt & valeant, qua
pro-

choro, quo singuli Canonici, Capellani et Habituati Ecclesiae sciant suum turnum in ministerio divino tam pro Missis, horis, Lectionibus, Gradualibus et Responsoriis legendis et cantandis, ne multiplex indistinctio confusionem faciat. Tabula haec ex parte cera erat obducta in qua intitulabantur vel notabantur ii, qui erant in Officio.



propter & quo aliquali illius recuperatione matura deliberatione prehabita unanimiter & capitulariter statuentes & ordinantes quod ex quo duodecim persone sunt nostra in ecclesia Canonicatus & prebendas obtinentes similiter & duodecim curie seu domus prebendales & claustrales quod quilibet etiam Canonicus pro tempore prefatarum curiarum & domuum unam ex eis acceptabit possidebit & inhabitabit & in eventum quo per decessum recessumve aut via resignationis seu permutationis novus Canonicus in locum alterius veniret & admitteretur, ex tunc idem antequam consequatur possessionem seu ad eandem admittatur debet & tenetur una cum censibus fundi juxta registra ecclesie nostre conscriptis & insignitis persolvere taxam super eadem curia & domo sibi assignata seu assignanda positam prout & quemadmodum super qualibet earundem hujusmodi taxa inferius descripta & specificata reperitur, quatenus vero aliquem nostrorum hujusmodi curiam & domum per obitum decessum recessum seu alias quomodolibet vacantem adoptare contigerit, idem sine renitentia prout haecenus consuetum fuerat, admittendus erit salva tamen taxa desuper posita quam illico dare non recusabit, Visitande quoque erunt & visitare debemus & volumus per nos vel nostros ad hoc pro tempore ordinandos singulis annis quascunque curias domos & vineas tam canonicatum & prebendarum quam etiam presentiarum ecclesie nostre & quatenus in edificijs structuris & culturis earundem defectuose reperiantur seu reperte fuerint ex tunc possessores



fores earundem & illi quorum interest juxta exigentiam defectuum pena nostra arbitraria puniri possunt & illi hujusmodi defectus nihilominus refarcire debeant & tenentur.

Sequitur nunc taxa curiarum seu domuum prebendarum super eis & unaquaque earundem ex ordine posita.

Quia autem sex sunt curie seu domus prebendales sive claustrales ecclesie nostre a dextro latere post eandem ecclesiam circa domum Campanatoris ejusdem ecclesie incipiendo ac versus ecclesiam sancti Amandi ex ordine successive connumerando & dabitur seu tenebitur quivis canonicorum de qualibet earundem domorum & curiarum una cum censu fundi dare decem florenos auri, sola quarta in ordine dempta que est atialis post domum predicature unitam de qua tenebitur quis dare duodecim florenos auri. Et sex similiter sunt domus & curie prebendales seu claustrales dextrilateris ecclesie nostre incipiendo a capella sancti Jodoci & versus ecclesiam parochialem sancti Amandi ex ordine numerando, dabitur & tenebitur quivis Canonicorum de prima in ordine decem florenos auri, de secunda in ordine sequenti que est domus atialis der stigelgassen octo florenos auri, de tertia domo contigua & etiam atiali der stigelgassen quindecim florenos auri, de quarta vero in ordine duodecim aureos, de quinta in ordine decem aureos, de sexta autem & ultima domo in or-



dine quindecim florenos five aureos una cum censibus fundi dare.

De vinearum ecclesie nostre ordinatione.

Quoniam quidem nos Decanus & Capitulum predicti vineas quascumque prebendarum nostrarum maxime desolatas instar domorum & curiarum earundem non sine magna jactura & expensis etiam gravissimis restauravimus & ad debitam structuram ac ordinem redeгимus & nisi oportund provideatur remedio de facili eas iterato devastari vel saltem in earum cultura damnificari contingeret maxime ex eo quod decedente aliquo ex canonicis in ejus locum novus suscipitur & idem antequam admittetur ad perceptionem fructuum suorum Canonicatus & prebende ad aliquot annos profertim duos eisdem fructibus pretextu statutorum ecclesie nostre carere cogitur, & plerique interea parum aut nihil culture vinearum attenditur & sic detrimentum & deperitionem capiunt, ad obvian- dum igitur illis statuendum duximus atque ordinamus quod omnes & singule vinee quorumcunque Canonicorum nostrorum apud ecclesiam nostram personalem residentiam non habentium per nos aut nostrum ad hoc deputatum cellerarium in concedenti & necessaria structura pariter & cultura nostris proprijs expensis conservari debeant, ea propter nos etiam fructus & vina de eisdem vineis absentium Canonicorum recipere debemus & recipiendi ac sublevandi omnimodam potestatem nobis refer-

servamus in finem & in antea hujusmodi vinee
 semper in esse & in debita cultura conservari &
 minime deperire valeant, Casu vero quo aliquis
 prefatorum Canonicorum absentium animo residen-
 di & personalem apud nos residentiam more solito
 faciendi compareret & nobis ante festum sancti
 joannis Baptiste pecunias nostras ratione structure
 & culture vinearum prebende sue expositas una
 cum expensarum desuper legitime factarum refu-
 sione asportaret & reali muneratione assignaret, ex
 tunc vinearum suarum ad eum occasione prebende
 sue legitime spectantium ex nostra libera concessio-
 ne quam presentibus pollicemur una cum percep-
 tione fructuum inde natorum liberum habebit adi-
 tum atque aggressum, gaudere quoque poterit fru-
 ctibus hujusmodi quamdiu apud nos nostramque
 ecclesiam personalem continuaverit residentiam,
 Preterea quecumque domus claustralis pro tempore
 vacans si optata fuerit ab habenti domum clau-
 stralem vel ex senioritate aut locatione aut emptio-
 ne obtenta junior pro tempore dimissam domum
 per seniore, sique fuerit acceptabit, vel modo
 premissis primam vacaturam domum expectabit,
 nullus enim Canonicorum ecclesie nostre duos do-
 mos claustrales in simul obtinere debet, sed per af-
 fectionem unius altera per eum obtenta vacabit
 & per alium juniorem Canonicum in ordine existen-
 tem ut prefertur adoptabitur.

Volentes etiam ecclesie & mensi Capitularis uti-
 litatem commodo privato preferre, statuimus &
 ordinamus, ut pecunia que pro emptione curiarum



claustralium, si que vendibilis ad locationem esse contigerit tempore procedente proveniet non dividatur inter Canonicos capitulares sed capitulo seu masse capitulari consignetur in utilitatem mense capitularis convertenda ex sua institutione primeva spectare dinoscitur, & quotienscumque curia claustralis ad locationem venalis fuerit juxta taxam eidem domui impositam quis persolvere tenetur, ita tamen quod emptor censum domus ab antiquo impositum, si quis fuerit, ecclesie annuatim persolvere teneatur.

Canonicus volens edificare in Curia de consensu Capituli faciet & sic domum in censu liberare poterit.

Item si aliquis Canonico-
rum in curia sua claustra-
li nova edificia non voluptatis gratia sed neces-
saria pro reformatione & melioratione curie sue fa-
cere voluerit, hoc proponet in Capitulo & faciet
secundum consilium duorum aut trium Canonico-
rum per capitulum nostrum deputandorum & esti-
matione facta licentiaque desuper obtenta Capitu-
lari completo edificio cedulam expensarum facta-
rum in Capitulo exhibeat, qua visa atque judicata
per capitulum Canonico hujusmodi de censu de ea-
dem curia sive domo annuatim solvendo ad illius
vitam vel quamdiu domum hujusmodi possederit
fiat defalcatio videlicet loco decem librarum hllns :
In edificando expositarum, ubi edificans operarijs
proprias expensas dedit, una libra hlls : de annuo
censu antedicto defalcetur, si vero operarij sive in-



boratores sibi ipsis expensas fecerunt, eo tunc edificanti de annuo censu hujusmodi pro quindecim libris hlls : una libra hlls : defalcabitur, licet etiam unicuique edificanti modo prescripto totum censum redimere, ut ceteri facilius ad edificandum domos claustrales alliciantur, si quis autem limites curiarum sive tecta earundem resarcire aut reformare voluerit hic nihil expectet sibi de censu curie sue pro tempore fore remittendum, cum ad ea quivis de suo facere obligetur.

De injuriatoribus.

Licet olim per quondam felicis memoriæ johannem Episcopum Wormatiensem ordinaria auctoritate abundanter, ne aliquis in ecclesia nostra conspirationes, conjurationes, confederationes sive ligam contra aliam personam seu personas dicte ecclesie sub formidabilibus penis facere intentareve presumat, provisum extiterit prout in patentibus literis desuper confectis latius continetur, attamen cum sepe inter Decanum Canonicos & vicarios aliasque dicte ecclesie personas ex levi causa convitia oriantur atque injuriosa verba proferantur, contraque sacerdotalis dignitatis reverentiam & honorem aliquando ad verbera etiam devenitur in detestabile exemplum plurimorum, nos litteras ipsas johannis Episcopi Wormatiensis antedictas in suis robore & vigore permanisse recognoscens & permanere volentes quoad injuriarum attemptamenta providentes ne facilitas venie cuiquam delinquenti incitamentum prestet, seu etiam occasionem, volumus & ordinamus, ut statutum provin-



cliale in Concilio Aschaffenburgensi editum de verbo ad verbum sub insertum deinceps perpetuis futuris temporibus quoad singulos dicte ecclesie nostre prelatos Canonicos Vicarios atque altaristas observetur.

Statutum provinciale de injuriatoribus.

Et quia de Canonicis & ceteris clericis atque alijs convitiatoribus & percussoribus per predecessorum nostrorum consilia seu statuta nulla certa forma vel pena preter eam que a jure Communi comprehenditur, invenitur expressa, nos attendentes quod plus timeri solet quod spiritualiter injungitur, quam quod generaliter imperatur, approbatione totius concilij necessario duximus statuendum, ut canonicus qui sue vel alterius ecclesie Canonicum verbis probrosis affecerit per quartam, si vero convitia manifesta dixerit in prelatum per mediam partem anni & a tractatu ac consortio sui Capituli nec non a perceptione fructuum sue prebende penitus sit exclusus, si quis autem Canonico- rum in predictas personas etiam citra sanguinis effusionem manus injecerit temere violentas penas predictas dupliciter patiatur pro vulnere: vero hujusmodi persone ab aliquo Canonico illato si etiam nulla membri mutilatio ex tali vulnere fuerit subsequuta sine omni remissione per premissas penas quadrupliciter puniatur, & insuper in utroque casu juxta sui dioecesani arbitrium lesio satisfaciat competenter, antequam restitutionis beneficium



consequatur, sed pro temeraria membri mutilatione omni beneficio ecclesiastico sit ipso jure privatus, que omnia & singula circa alios clericos beneficiatos si personas ecclesiasticas predicto modo, ledant vel ledantur ab ipsis juxta predictam formam & ordinem sub penis eisdem precipimus observari, salvis tamen alijs penis in sacris canonibus contra temerarios violentarum manuum in Clericos injectores expressis salvis etiam alijs juri- bus que vim vi repellere permittunt.

Non intrans claustrum vel exiens illud absque speciali licentia perjurij reatum non evadet.

Cum melior sit obedientia quam victima & sepe sepius rebellis excessus manens impunitus causam prestat inobedientie majorem hinc est quod nos bonis respectibus moti ordinamus & volumus ut quicumque ex Canonicis ecclesie nostre ad jussionem capituli jussus claustrum pro commisso delicto pro tempore intrare, seu vicarius aut altaris in dicta ecclesia nostra presentias deserviens eujus- cumque illi status seu conditionis fuerint ad jussionem Decani vel in ipsius absentia senioris Canonici jussus claustrum intrare non intraverit seu intrare ad statim contempserit vel intrando illud sine speciali petita & obtenta licentia exiverit ab his qui eum respective inclaustraverunt perjurij reatum incurrit, cum contra juramentum a se prestitum in adeptione possessionis prebende vel beneficii sui venisse expresse convincatur in superioris sui man-



dati contemptum neque sine magna gratia cum ipso dispensandum venit pena condigna transgressoris imponenda precedente. Quoad eos qui Rhenum absque petita & obtenta a Decano licentia transfretaverint suspensionem incurrendo antiquum morem mitigare volentes ordinamus ut de cetero quivis Canonorum cum una libra hlls: hujusmodi suspensionem redimere possit absque aliqua inlaustratione, vicarius vero cum decem solidis hlls: modo quo supra sine claustro ac restitutionem uterque a Decano presente Canonico ab hujusmodi suspensione obtinere possit, que quidem pena Capitulo antedicto persolvetur in sepedictum usum convertenda.

Volens deservire presentias in domo, illud in primo psalmo primarum in ecclesia tenetur magistro absentiarum intimare.

Volumus & ordinamus ut quecumque persone ecclesie nostre sive Decanus sive Canonicus aut vicarius existens volens pro eadem die deservire presentias chori domi manens eo quod vel egrotus aut alia legitima ex causa prepeditus ecclesie interesse non possit, hic tenetur per familiam suam vel personam ecclesie sub primo psalmo Primarum Domino Decano vel provisorio aut distributorio hujusmodi presentiarum intimare & tunc pro presenti computabitur & quamdiu domum non exhibit, quodsi non fecerit presentijs carebit quousque illas presens in ecclesia deserviet.



De Officio porte seu communis Prebendarum.

Cum Decanus ecclesie nostre ut unicus prelatus primus & ultimus in choro esse teneatur & alijs multis curis circa ecclesiani sit involutus & ideo ut alijs in ecclesijs civitatis Wormatiensis à delatione Officij porte seu communij prebendarum merito sit exoneratus ne de cetero differentia oriatur inter alios Canonicos ad quem spectet pro tempore onus ferendi hujusmodi officij, nos morem aliarum & hujus ecclesiarum hactenus observatum imitando statuimus & ordinamus per presentes ut junior Canonicus Capitularis pro tempore hujusmodi officium porte sive granarij aut communij prebendarum per se vel alium portare atque subire debet & teneatur & illud facta per antecessorem suum ultima computatione circa festum sancti Laurentij acceptare per tres dies precedentes festum ante dictum sine phara & completo anno, si alius eo junior non occurreret, alius gradatim ascendendo a dicto juniore Canonico usque ad seniorem Canonicum inclusive officium antedictum ferre habebit, si vero superveniret interea junior Canonicus, quod ordo interciperetur, nihilominus finito hujusmodi junioris anno, thurnus sive ordo ubi dimissum extitit continuabitur totiens quotiens id necesse fuerit, Et postquam senior pro tempore ex dicto ascensu hujusmodi officium portaverit modo junior pro tempore existens ordinem retrogradum reincipiet usque ad seniorem ut prescribitur teneatur autem dictus officiatu in anno de receptis singulis



gulis atque expositis bis facere in capitulo rationem atque computum, primam videlicet altera die post Epiphantias Domini & secundam in profesto sancti Jacobi apostoli, quando annus finitur & reincipitur, in quo & novus officiatu tenetur pro tempore dare atque ponere duos fide jussores ydoneos de ecclesia nostra per capitulum acceptandos, quique fidejussores sic per Dominos acceptati permanebunt fidejussores tamdiu & quousque officiatu prebendarum personis ac ecclesie satisfecerit in toto & si aliquem ex fidejussoribus vel ab ecclesia nostra recedere vel permutare contigerit ex tunc idem officiatu prebendarum tenetur alium vel alios loco illius vel illorum infra quindenam dare & presentare capitulo, quodsi non fecerit, suspensionis penam incidat.

Item officium prebendarum debet incipere in festo sancti Laurentij & durabit usque ad festum sancti Laurentij sequentis anni & a festo Laurentij usque ad festum sancti Thome sit idem liber pro diligentia sua facienda ab ingressu chori.

Item casu quo contingeret officiatum, quem ordo tetigisset, mori aut forte permutaverit ante festum sancti Laurentij & in die sancti Laurentij non receperit presentias nec corpus prebende, sit liber ab officio gerendo & sequens in ordine geret officium.

Item quilibet Officiatus pro tempore existens debet equanimiter sublevata ratione officij distribuere & in quolibet generali Capitulo ostendere suum registrum.

Item



Item ante omnia Officiatus debet exolvere pensiones & in festo sancti Thome in diligentia sua sequentis anni tenetur recognitiones presentare sub pena suspensionis.

Item si Officiatus in ordine se vellet absentare vel alienare ab ecclesia ante festum sancti Laurentij & dedisset prius in festo sancte Margarethe effluxo fidejussores, tunc nullo modo debent sibi dari presentie vel corpus prebende per hujusmodi integrum annum, quo eum ordo gerendi officium tetigerit, & si revoluto anno presentias sive prebendam deservire voluerit, denegentur sibi donec & quousque dederit suos fidejussores & promiserit de officio gerendo juxta consuetudinem ecclesie nostre, sin autem iste quem tetigit ordo infra annum presentias & prebendam, illi qui pro tempore gerit officium satisfacere de gestione secundum exigentiam temporis & stare dictamini capituli tenetur.

Item dabit quilibet Officiatus prebendarum quilibet Canonico residenti pro consolationibus Thome decem florenos festo natalis Christi . .

Item dabit registrum ad tabulam & novos dantes secundum consuetudinem ecclesie per juramentum quando facit annualem computationem.

Item dabit cuilibet Canonico pro tempore in residentia existenti duos cappones in profesto sancti Martini & reliqui debent per officiatum certificari ut registrum maneat in vigore & sibi in usum suum vertere.

Quan-



*Quando Officiatus prebendarum personis de
tota summa satisfacere obligatur.*

Item statuimus & ordinamus, quod deinceps futuris temporibus officiatuſ prebendarum, quem officium in ordine gerendo pro ſua perſona tetigerit, debet & tenetur cuilibet perſone de tota ſumma tam pecuniarum quam frumentorum ſatisfacere cum effectu in ſecundo anno ſequenti a feſto ſancti Laurentij uſque ad feſtum circumeiſionis Domini ſine aliqua dilatione ſeu contradictione lapſo vero termino circumeiſionis fidejſſores ſuos ad penam clauſtri eſſe obligatos ut moris eſt aliarum eccleſiarum, nec de illo exhibunt donec & quouſque conquerenti ſatisfactum fuerit; Cum autem idem officiatuſ cauſas rationabiles & pregnantes Decano & capitulo aſſignaret, quare id facere pro ea vice non poſſet, ex tunc idem ſtabit ad dictamen & decretum Dominorum de capitulo.

*Decanus non gravabit vicarias & altaria per
eum conferenda neque conferet lucri gratia.*

Preterea volumus, quod pro tempore Decanus eccleſie noſtre nequaquam gravabit vicarias in eadem eccleſia noſtra neque altaria in parrochiali eccleſia ſancti Amandi de collatione ipſius exiſtentes & exiſtentia dum eas & ea alicui conferenda duxerit, nec unquam conſentiet eas & ea aliquatenus per alias perſonas gravari, quodque illas & illa non ex affectione aut ſpe lucri, ſed mere propter Deum perſonis honeſtis doctis & ydoneis eccleſiis
pre-



predictis in choro & aliunde seu alias prodesse valentibus conferre, nec quicquam inde sibi usurpare dignetur, etsi in hoc suspectus, culpabilis sive aliter notatus & unquam repertus fuerit, nisi legitime se purgaverit, ab omnium emolumentorum suorum perceptione eo ipso suspensus esse debet.

Quid senior Canonicus loco Decani Decano absente seu Decanatu vacante facere debeat?

Insuper ne hesitetur vacante Decanatu in ecclesia nostra, quis locum teneat & supplere debeat vice Decani, eo absente, statuimus & ordinamus, quotienscumque Decanatum vacare aut forte Decanum legitimis ex causis ratione ecclesie nostre ab eadem esse contigerit, ex tunc senior Canonicus pro tempore per se vel alium Canonicum Capitularem idoneum per duos integros menses omnia & singula onera Decano ratione Decanatus incumbentia facere & adimplere tenebitur atque obligatus existat, nihil omnino propterea inde expectaturus, si vero ultra duos menses loco Decani servierit aut quicquam fecerit, & tunc capitulum sibi ex presentijs concedenti & competenti salario & remuneratione, prout eis condignum videbitur, obviabit & appretiarum non recusabit, Casu vero quo dictus senior Canonicus de eorum salario & seu appretiatione noluerit esse contentus, ex tunc Domini Capitulares ecclesie majoris & Cathedralis Civitatis Wormatiensis superattendere & salarium huiusmodi moderari & estimare habebunt, & quicquid



quid per eos dictatum moderatumve & taxatum fuerit seniori Canonico fallarij nomine, stabit & erit idem contentus ulteriori appellatione & pro- vocatione penitus remota.

Quid junior Canonicus Capitulo Capitulariter congregato facere babeat?

Item volumus quoque quod junior Canonicus Ca- pitularis quotienscumque fuerit congregatio & conventio Capituli, tenebitur aperire & claudere januam & vocare partes & omnes actus Capitula- res per se vel alium idoneum diligenter conscribere & signare & ubi alium in ejus locum pro pretio conducendum duxerit Capitulum habeat super hoc attendere & quantum alicui dari debeat, estimare,

Quotienscumque etiam Canonici Capitulares Ca- pitulariter collationes prandia seu refectioes ha- buerint, tenetur idem junior Canonicus ipsis ad mensam licite & honeste deservire.



SUPPLEMENTA AD PRECES PRIMARIAS

Tomo II. cet. allatas.

Desiderarunt e corona Amicorum meorum aliqui, ut pro exhaurienda Precum Imperialium illustri materia, Subsidiis Diplomaticis insererem etiam edita pre- cum Rudolphi I. et Alberti I. Regum Romanorum exemplaria cet. Votis hisce ut facerem satis, se- quuntur nunc, cum aliis ineditis:

IV.

IV.

RUDOLPHI I. ROM. REGIS PRECES
 PRIMARIAE PRO CANONICATU IN EC-
 CLESIA QUADAM CATHEDRALI.

*Commendat Episcopo quendam primariis pre-
 cibus qd. Canonicatum.*

Si diligenter inspexeris decus, & decorem Roma-
 ni Imperii, quod in omnium Principum oculis,
 velut in speculo, meruit collocari; utpote a quo
 ipsi Principes principatus insignia contrahunt, lar-
 gis ab eo largitionum amplificati beneficiis, & ho-
 norum prærogativa dotati: si demum in tuæ tru-
 tina Considerationis appenderis, quantum locum
 discretus vir N. in Curia nostra tibi, & Ecclesie tue,
 tenuerit hætenus, & adhuc tenere poterit in futu-
 rum, profecto non ambiges, nec vacillabis, ut du-
 bius, quin ad promotionem ipsius ex pluribus ra-
 tionibus tenearis. Nullum etenim angulum latet
 Imperii, quin ex antiqua, & approbata Imperii
 Consuetudine, nobis nostrisque prædecessoribus,
 Divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus, a
 quibuslibet Prælati Ecclesiasticis unius personæ
 provvisio debeatur; propter quod necessarium esse,
 non credimus, quod ad receptionem, & provvisio-
 nem ipsius N. in tua Ecclesia auctoritas apostolica
 requiratur; eo quod N. Ecclesia ab Ecclesiis aliis
 Regni nostri, quæ illis, pro quibus primarias pre-
 ces nostras obtulimus, congrua promptitudine pro-
 viderunt, & provident incessanter, in conditionum



disparitate non discrepet, nec exemptionis alicujus privilegio fulciatur. Et hinc est, quod Fratritatem tuam affectu plenario duximus exhortandam, quatenus juri nostro, & Imperii, Consonum præstiturus applausum, prædictum N. per litteras Regias recipi facias in Canonicum, & in Fratrem, præbendam secundum suæ receptionis ordinem obtenturum, hoc enim non præjudicabit Ecclesiæ, nec receptis officiet, sed coadservabit apud nos, & tibi, & ei, favoris & gratiæ cumulum, & fecundioris benevolentiæ copiam vendicabit. Quid autem super hoc finaliter tuæ voluntatis, & intentionis extiterit, per latorem præsentium lucide nobis pandere non omittas.

Desumpsimus hoc precum exemplar cum quatuor sequentibus e Codice epistolari Rudolphi I. Rom. Regis, quem S. R. I. Princeps et Abbas Martinus Gerbertus de omni re litteraria meritissimus Typis San-Blasianis Anno MDCC LXXII. divulgavit; queis ea, quæ in Subsidiis Diplomaticis nuper edidimus Tom. II. pag. 1. sq. ad convictionem corroborantur, vid. cit. codicis pag. 53. sq.



V.

EJUSDEM ARGUMENTI AD QUEM- DAM ABBATEM.

Offert Abbati primarias peeces pro Ecclesiastico beneficio, cuidam conferendo.

Dum in nostre sublimationis exordio quælibet Ecclesia, in Romano Imperio constituta, super
pro-



provisione unius personæ primitias precum nostrarum ex antiqua, et approbata consuetudine sacri Imperii, admittere teneatur, primarias tibi offerimus preces nostras, devotionem tuam attentius exorantes, ac Regia tibi nihilominus auctoritate mandantes, quatenus latori præsentium N. ad cujus honores augendos, & commoda provehenda non solum suæ probitatis merita, sed etiam accepta paternæ, nec non avitæ strenuitatis obsequia, nos efficaciter provocarunt. Nobis etiam de sufficienti scientia commendato, de Ecclesiastico beneficio, ad tuam collationem spectante, si quod vacat ad præfens, vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, cures liberaliter providere, ob nostram, & sacri Imperii reverentiam specialem, ita quod te exinde, & tuam Ecclesiam, condignis teneamur honoribus ampliare.

E Codice epistolari Rudolphi I. pag. 54. sq.



VI.

EAS ADMITTERE RECUSANTEM, UT OBTEMPERET, HORTATUR.

Secundario, sed cum minis, interpellat Abbatem de Ecclesiastico beneficio, eidem, pro quo antea intercesserat, conferendo.

Licet alias pro N. vobis direxerimus primarias preces nostras, ut ipsi secundum antiquam, & approbatam consuetudinem, de Ecclesiastico beneficio,



ficio ad vestram collationem spectante, studeatis liberaliter providere. Vos hujusmodi nostris mandatis, & precibus parvipensis, non attendentes, quod eadem Regiæ preces in se contineant speciem mandatorum, easdem ut nobis innotuit, admittere nolulistis. Quapropter denuo devotionem vestram exhortandam affectuose duximus, & monendam: Regia nihilominus vobis auctoritate mandantes; quatenus facientes de necessitate virtutem, eidem de beneficio, si quod vacat ad præsens, vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, curetis liberaliter providere. Jus nostrum in hac parte taliter servaturi, quod jura vestra, & monasterii vestri, versa vice recognoscere, eo favorabilius inducamur, nec oporteat Nos super hoc contra vos stimulum quærere impellentem.

E Codice epistolari Rudolphi I. Rom. Reg. pag. 56.



VII.

EJUSDEM CUM SUPERIORIBUS ARGUMENTI.

Regiæ Majestatis splendescens Serenitas sic aliorum jura, & consuetudines protegit & tuetur, quod unicuique suum esse tribuitur & servatur. Quanto magis ipsa Regia Magnificentia propria jura tenetur defendere, quæ aliorum nicitur Conservare? cum igitur antiqua, & approbata tale jus nostris Antecessoribus, Divis Imperatoribus & Regibus,

gibus, contulerit Consuetudo, quod singulæ personæ in singulis Cathedralibus, & aliis collegiatis Ecclesiis, ad primarias preces Regias recipi debeant in Canonicos & in Fratres, præbendam, cum se facultas præbuerit, adepturi. Nos eorundem prædecessorum vestigiis inhærentes, per N. primarias vobis dirigimus preces nostras, rogantes omni instantia, & affectu, Regia nihilominus auctoritate mandantes, quatenus considerata idoneitate personæ, eundem nostri amore in vestrum Collegium, Canonicatus honorem, recipere non negetis, præbendam, si quæ nunc vacat, vel quamprimum ad id se obtulerit facultas, sibi, cessante occasione quælibet, collaturi.

Taliter facientes, ut dum jura Regia non minuitis, Regalem libeat clementiam, libertatem vestræ Ecclesiæ non minuere, sed augere, nec oporteat super promotione prædicti N. iterato vobis dirigere scripta nostra.

E codice epistolari Rudolphi I. pag. 56. sq.

VIII.

SIMILIS ARGUMENTI PRO QUODAM FAMILIARIUM SUORUM.

Quod dilectum N. Familiarem, & Clericum nostrum singularis benevolentiae placidis adstringamus amplexibus, quod ad ejus augendos honores, & commoda promovenda, sublimius pronis



assurgamus affectibus, & ferventibus desideriis intendamus, non solum id propriæ probitatis, sed accepta paternæ, nec non avitæ strenuitatis obsequia meruerunt. Cum igitur in tali Ecclesia super ipsius provisione primarias fuderimus preces nostras, fidelitatem tuam requirimus, & rogamus; quatenus ad id, quod prædictus N. super affectione præbendæ speratum intentionis suæ propositum consequatur, pro divina, nostraque reverentia, cures fervidas, & sollicitas operas sui efficaciter applicare. Ita quod ille syncerus affectus, quem erga eundem gerimus incessanter, nullum profus defectum contineat, sed exuberet potius ad profectum.

Propter quod in tuis, & tuorum agendis, nos semper experieris ultroneos, & per omnia benevolos comprobabis.

E Codice epistolari Rudolphi I. Rom. Regis pag. 59.

IX.

EPISTOLA R. ALBERTI, CONTINENS PRECES AD CAPITULUM AQUISGRANENSE, PRO RECIPIENDO DIETERICO DE LANDSCRON IN CANONICUM.

Albertus Dei gratia Romanorum Rex, semper augustus.

Honorabilibus viris Decano totique Capitulo
Ecclesie Aquensis, Capellanis & Devotis suis dilectis, gratiam suam & omne bonum.

Quem.

Quemadmodum alias vobis super receptione Honor . . . viri Dieterici de Lantzkrone Devoti nostri dilecti scripsisse meminimus; sic nunc repetitis vicibus Devocionem vestram affectuosa precum instancia requirimus & rogamus, quatenus eundem Dieter. pro nostra & imperii dilectione ac reverencia recipiatis liberaliter in Canonicum & in fratrem: Prebendam, si qua ad presens in vestra vacat ecclesia assignantes eidem, vel quam primum ad id obtulerit se facultas; sic, quod in persona ipsius D. nostra serenitas se sentiat honorari.

Datum Ezzelinge Idus Marcii. Regni nostri anno quinto.

Inscriptio dorsalis.

Honorab9 Viris Decano totique Capitulo Ecclesie Aquensis. Capellanis, & Devotis nostris dilectis.

Sigillum a tergo impressum est, uti in seqq. etiam Epistolis.

E Cod. Dipl. de Gudenus Tom. II. pag. 983.

X.

**EJUSDEM, OFFERENTIS AQUENSIS
CAPITULO PRECES NOVAS IN FAVOREM
TILMANNI DE LANDSCRON.**

Albertvs Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.

Honorabilibus viris Decano & Capitulo Ecclesie Aquensis, Capellanis suis dilectis gratiam



suam & omne bonum. Pro Honesto viro Tilmano, fratre strenui viri . . Burgravii de Landskronne, Clerico, Devoto nostro dilecto vobis fiducialiter offerimus Preces nostras. Devocionem vestram rogantes plenissimo cum affectu, exaudiri que ex intimis affectantes, quatinus eundem Tilmannum in vestrum recipiatis Canonicum & in fratrem, de Prebenda sibi, si qua ad presens in vestra vacat Ecclesia, vel quam primum ad id se facultas obtulerit, libenter & liberaliter provisuri. Ut proinde nos ad omnia, que vestre, ac Ecclesie vestre utilitatis & honoris respicere poterunt incrementa, inveniamur semper, faciles, & ultronei comprobemur.

Datum in Castris prope Coloniam XI Kal. Novembris. Regni nostri anno Quinto.

E Cod. Dipl. de Gudenus Tom. II. pag. 984.

XI.

R. ALBERTI PRECUM REITERATIO.

Albertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.

Honorabilibus viris . . Decano & Capitulo Ecclesie Aquensis, Capellanis suis dilectis gratiam suam & omne bonum. Quemadmodum alias vos rogavimus, sicuti iterum devocionem vestram affectuose requirimus & rogamus, exaudiri ex intimis affectantes, quatenus Honestum virum Tilmannum,



num, strenui viri . . Burgravii de Landscrone fratrem Clericum, Devotum nostrum dilectum, ejus promocionem sincere diligimus, in vestrum recipiatis Canonicum & in fratrem; sibi de Prebenda, si qua ad presens in vestra vacat ecclesia, vel quam primum ad id se facultas obtulerit, pro nostra & imperii reverentia libenter & liberaliter provisiuri; ut ab inde omnibus his intendere nos delectet, que vestrum & vestre Ecclesie respiciunt commodum & profectum.

Datum in castro prope Coloniam III. Non. Novembris. Regni nostri anno Quinto.

E Cod. Dipl. de Gudenus Tom. II. pag. 985.

XII.

INTERCESSIO R. ALBERTI ULTERIOR AD CAPITULUM AQUENSE.

Albertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Honorab⁹ viris . . Capitulo Sce Marie Aquensis, Devotis suis dilectis gratiam suam & omne bonum. Quemadmodum sepe vos rogasse meminimus, sic iterum devotionem vestram rogamus attentius, quatinus Honorabilem virum Tilmannvm de Lanscron Devotum nostrum dilectum pro nostre petitionis & intercessionis reverentia speciali in Canonicum vestrum & Confratrem liberaliter & libenter recipere studeatis; sibi que de Prebenda, si qua vobis in Ecclesia



ſia veſtra vacat ad preſens, vel quam primum vacare ceperit, providere curetis; ſpecialiſſimum in eo nobis obſequium oſtenſuri. Nam promociorem ſuam, quam ex animo diligimus, ubilibet intendimus procurare.

Datum apud Oppenheim III. Non. Aprilis. Regni noſtri anno ſeptimo.

Honorib9 viris - - Capitulo See Marie Aquenſis, Devotis noſtris dilectis.

E Cod. Dipl. de Gudenus Tom. II. pag. 987.

XIII.

R. ALBERTUS PRECATIONUM HACTENUS FUSARUM SATUR, EAS CONVERTIT IN MINAS.

Albertus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Honorab9 Viris Decano & Capitulo See Marie Aquenſis, Leod. dyoc., Devotis ſuis dilectis, gratiam ſuam & omne bonum. Ultimis precum noſtrarum affectibus moti indignationis ſpiritu veſtram inobedienciam & rebellionem duximus commonendam, quatinus Nobis & ſacro Romano Imperio jus debitum, quod ex primariis precibus noſtris nobis competere ex antiqua & approbata conſuetudine diſciatur, obſervantes, Honneſtum virum Thilmannvm de Landeschrone Clericum, Devotum noſtrum dilectum, pro quo vobis multiplicatis vicibus ſudimus primarias preces

nostras; saltem adhuc in vestrum recipientes Confratrem, sibi provideatis de Prebenda; si in vestra Ecclesia vacat ad presens; vel quam primum ad id obtulerit se facultas. Alioquin scire poteritis, quod contemptum librabimus pro contemptu; & nichilominus vias & modos excogitabimus, per quos hoc quod petimus, ordinare vos contingat.

Datum in Frankfurt VIII. kal. Augusti, Regni nostri anno octavo.

E Cod. Dipl. de Gudenus Tom. II. pag. 289.

XIV.

EPISTOLA SÆPEDICTI REGIS ALBERTI PUNCTO PÆCUM.

Albertus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus. Honorabilibus viris Decano & Capitulo Ecclesie Aquensis, Capellanis suis dilectis gratiam suam & omne bonum. Pro Honorabili viro Tilmanno de Lanskrone Clerico, cujus, propter grata & fructuosa que Fratres ejusdem Nobis & Imperio impenderunt obsequia, promotionem sincere diligimus, affectuosas offerimus preces nostras: Devotionem vestram rogamus plenissimo cum affectu, exaudiri que ex animo cupientes, quatenus eundem Tilmannum in vestrum recipiatis Canonicum & Confratrem, de prebenda eidem, si qua



siqua ad presens in vestra vacat Ecclesia, vel
ob nostram & dicti Imperii specialem reverentiam
libenter & liberaliter provisiuri, ut inde omnibus
his que vestrum - - commodum & profectum im-
portare poterunt, semper intendere debeamus; ma-
xime cum ipsius Tilmanni promotionem pre alio-
rum quorumcunque, in predicta vestra ecclesia af-
fectemus.

Datum in castris ante Groningen XI. Kal. De-
cembris Regni nostri anno Octavo.

E Cod. Dipl. de Gudenus Tom. II. pag. 993.

XV.

HENRICUS ROM. REX EX INDUL-
TO PONTIFICIS NOMINET XV. PERSO-
NAS AD BENEFICIA ECCLESIASTI-
CA *).

Heinricus Dei gratia Rom. Rex semper Augu-
stus Venerabili *Balduino* Treverorum Archi-
Episcopo Principi, Germano suo Karissimo &c. gra-
tiam suam & omne bonum.

Cum nostre majestati nuper a sede Apostolica
fuerit & sit generose indultum, Te executore no-
stro una cum quibusdam alijs a sede Apostolica su-
per gratia nobis facta deputato, ut XV. personis,
quas duceremus Tibi aut tuis executoribus nomi-
nandas in quindecim Ecclesijs Metropolitanis, Ca-
the-

*) Exemplar indulti valde notandum.

sedrallibus, Collegiatis aut conventualibus in Regno nostro Almannie constitutis, singulis earum in singulis Ecclesijs quas duceremus, tibi aut tuis executoribus aut alteri vestrum eligendas, notum esse volumus universis, quod honestum virum Magistrum joannem dictum Tremeleyr de Trevisis phisicum, unum de quindecim tibi nominamus, Ecclesiam Wormatiensem pro eodem duximus eligendam, volentes, quatenus de Canonatu & prebenda dicte Ecclesie sibi competentibus, temporibus debitis non differas providere. In cujus rei testimonium has litteras sigillo nostre majestatis iussimus communiri.

Datum in *Columbaria* VIII. Kal. Octob. Anno Dom: MCCCX. regni vero nostri anno II.

Opposuit se Capitulum ex eo, quod non esset nobili ortus genere et eo usque processit, ut anno MCCCXV. Petrus Archi Ep. Mog. Emerchoni Episcopo Wormatiensi in virtute s. obedientie preceperit, ut infra VI. spatium eum sub anathematis poena admitterent.

XVI.

LUDOVICI ROM. REGIS PRECES PRIMARIE AD DECANUM ET CAPITULUM IN WIMPFEN.

Honorabilibus Viris Preposito Decano & Capitulo Ecclesie Wimpinensis amicis suis specialissimis Eberhardus Comes de Wirtemberg, inferioris Sue-



Sueviæ & Franconiæ superioris advocatus provincialis sincerum affectum in omnibus placendi.

Cum serenissimus Dominus noster Dom: Ludovicus Rom. Rex preces suas primarias pro Cunrado Notario nostro dilecto vobis porrexerit, ut ipsum recipiatis in vestrum Canonicum & Confratrem & nos preces nostras ejusdem Domini Regis precibus annectimus &c. ac super his honorabilibus viris Magistro Marquardo Preposito nostro de stuttgarten & Burchardo sturmfeder fidelibus & secretarijs nostris dilectis quos ad vestri presentiam destinamus, fidem in dicendis credulam adhibentes. Datum in Kirchein in die Pantaleonis Martiris. *)

XVII.

LUDOVICUS FACTUS ET CORONATUS ROMÆ IMPERATOR NOVAS CONCEDERE PRECES PRIMARIAS INTENDIT.

Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus honorabilibus viris Præposito Decano totique Capitulo Ecclesiæ Wimpnensis.

Sic hætenus de jure & approbata consuetudine Sacri Imperij est servatum, quod Rom: Imperatores

*) Vid, Subsidia Diplom. Tom. II. pag. 6. sq.

postquam Rome sacras ac Imperiales Infulas receperint, ex coronationis ipsorum sollempnijs in singulis Ecclesijs super cuius personæ idoneæ provisione habeant petere cum promptitudine qualibet exaudiri. Ipsorum igitur predecessorum nostrorum vestigijs inherentes, ex quo divina favente clementia receptis pridem in urbe sacris Imperialibus infulis solum conscendimus Imperatorie dignitatis, devotioni vestre pro honesto viro Gerardo de Erenberg Canonico spirensi, clerico nostro ñdeli dilecto cum fiducia porrigimus primarias preces nostras, requirentes, quatenus sibi de prebenda, si qua ad presens in dicta vestra vacat Ecclesia vel quam primum vacare ceperit, provideatis &c. Datum Rome XVIII. die mensis januarij MCCC XXVIII. regni vero nostri anno XIII. Imperij vero I.

XVIII.

IMPERATOR LUDOVICUS URGET
PRÆDICTARUM PRECUM ADMISSIONEM.

Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus honorabilibus viris Preposito Decano & Capitulo Ecclesie Wimpinensis. &c. Ob id, quod in nostrum contemptum & sacri Romani Imperij injuriam primarias preces nostras, quas pro Gerardo de Erenberg Clerico nostro nois dilecto vobis porreximus cum effectu exaudiri



non curastis, nostre Celsitudini non immerito displicetis, pro firmo tenentes, quod nisi preces nostras moram & negligentiam vestram in hoc purgando, celeriter admittatis, Vos ad id compelli faciemus remedijs opportunis & taliter contra vos procedi, quod pœna docente cognoscetis, quam graviter contra nostram majestatem & sacrum Romanum Imperium excessistis. Datum Monaci Dominica jubilate, Regni vero nostri Anno XVI. Imperij vero III.

XIX.

DIPLOMA PRECUM PRIMARIARUM LUDOVICI BAVARI REGIS ROMANORUM.

Die 28. Novembris 1322.

Ludowicus dei gratia Romanorum rex semper Augustus, honorabilibus viris Preposito, Decano, totique Capitulo Ecclesie S. florentii in Haslach diecesis Argentinensis, devotis suis dilectis gratiam suam & omne bonum. Predecessores nostri Romanorum Reges & imperatores post sublimacionem suam apud singulas ecclesias super unius persone ydonee receptione habebant petere, & cum promptitudine qualibet exaudiri. igitur nostrorum dive memorie vestigijs insistentes, ne jura nostra & imperii negligere videamur, qui ex officio administracionis desuper nobis tradite alios debemus in sua justitia confovere; vobis, ratione
crea-

creacionis nostre regie, pro discreto hugone filio Hugonis fülle nobis dilecto dirigimus primarias preces nostras. devocionem vestram attentè requirantes & hortantes, quatinùs eundem hugonem, cujus promocionem sincero diligimus ex affectu ob jura & primariarum precum nostrarum reverenciam in vestrum & ecclesie vestre recipiatis Canonicum & confratrem eidem de prebenda vacante ad presens vel proxime vacatura adeo liberaliter providentes, ut ab inde vestris & ecclesie vestre commoditatibus & profectibus favorabiliter intendere nos delectet. datum apud Augustam, IV. kal. decembris anno domini M. CCC. XXII. regni nostri Anno nono.

XX.

CHARTA

CAROLI IV. REGIS ROMANORUM,
QUA MONASTERIA EPISCOPATUS ARGENTINENSIS IMMUNIA DECLARAT A
PRIMARIIS PRECIBUS.

Die tertia Januarii 1348.

Wir Carl von Gots gnaden Römischer Künig zu allen ziten merer des richs und künig zu Beheim, bekennen offenlich mit diesem brieve, daz wir dem erwürdigen Berthold bischof zu Strazburg, unserm lieben fürsten hant die gnade getan,
Tom. XII. H daz



daz wir in diesen nachgeschriben sinen klöstern, die in geistlichen und weltlichen Sachen unter yme sint, dez sint Ebersheim münster, Altdorf, Sanct Arbogast, itenwiler, drutenhuffen, zu der obern steygen, zer steygen zu Zabern, und die Cloffe dabi. item zu allen Heiligen über Ryn, item die frouwen clöster zu Sanct Stephan, ze eschouwe und zu Sanct Johanse, enkeine erste bette wellent noch fullent haben, wenne es von den clöster von alter har nicht also kummen ist, und widerruffen was gnaden wir dawider jeman getan hant, wenne wir nicht wüsten, das sie yme also zugehörent. mit urkunde dis briefes versigelt mit unserm Königlichem ingesigel. der geben ist zu Spire, nach christus geburte druzehnhundert und acht und vierzig jar, an fritag vor dem zwelfften tag in dem andern jare unsern richs.

Confer. Tom. II. Subsidior. Dipl. pag. 29.

XXI.

ORDINATIO CAPITULI MOG. CIR- CA NOMINATIONES AD PRÆBENDAS.

Wilhelmus Dei Gratia Prepositus, Rudolfus eadem gratia Decanus, Rheinhardus Custos, Gerhardus scolasticus totumque Capitulum Ecclesie Moguntine omnibus quorum interest seu intererit, salutem in Domino cum notitia subscriptorum. Cum nos & predictum Capitulum nostrum multipli-



plices preces pro recipiendis Canonicis oportune instantium, indignationem eorundem, si passim eos non exaudierimus, diffensiones insuper, que in conferendis prebendis suboriri solitum est, intrinseco mentis libramine ponderaremus, desiderantes ipsi Ecclesie nostre super premissis de oportuno remedio providere, ad tractandum convenimus certa die, que fuit una de capitulis nostris generalibus annuatim per nos pro utilitate communi Ecclesie nostre celebrari consuetis & in posterum celebrandis, quibus absque citatione seu vocatione alia speciali canonici dicte Ecclesie nostre interesse consueverunt & debent, alioquin tractatus Capitulares habiti per presentes, nec non ordinationes & statuta capitularia facta per ipsos habent roboris firmitatem reclamacione absentium non obstante. Matura deliberacione prehabita in subscripte ordinationis modum unanimiter consensibus & presentibus consentimus, qui ipsi nostre Ecclesie circa pretractum negotium utilior & secundum antiquam consuetudinem congruentior videbatur.

Statuimus itaque & presentibus ordinamus imprimis quod *Wilhelmus* Prepositus, *Rudolfus* Decanus, *Reinbardus* custos, *Gerbardus* scholasticus, *joannes* de *Wartenberg* senior, *Nicolaus* de *lapide* senior otto de *Zygenbain*, *Henricus* *Schezelin*, *Cuno* de *Valkinstein*, *Ebirbardus* de *Hirzborn* *Wilhelmus* de *sauwilenbeim*, *Andreas* de *Brunecke*, *Wilhelmus* de *Swarzinberg*, *joannes* *Heppe* *Henricus* de *Solmis*, *joannes* *pincerna* de *Erpach*, *Nicolaus* de *lapide* junior,



nior, *joannes de Wartenberg junior, joannes de Ebirstein, Ebirhardus Hovewart, Hertwicus Ryng de sawwelich, ulricus de Reckberg & Roricus de Sternberg* Canonici prebendati & fratres Capitulares Ecclesie prelibate quilibet de premissis secundum ordinem sui introitus & ingressum Ecclesie, prout jam preactum est, a capite incipiendo unam personam habilem tamen secundum statuta dicte Ecclesie quoad Genealogiam & conditionem persone edita, quocumque tempore voluerit ad Canonicatum & prebendam nondum vacantem, poterit nominare, ita tamen, quod si quis eorum usque ad vacationem illius prebende ad quam precedens ipsum in gradu antea nominavit, nominationem suam distulerit, eam ex tunc infra duorum mensium spacium ab ejusdem prebende sic ut premititur, per precedentem nominationem optate vacationis notitia computandum (quam quidem notitiam in hoc casu censemus ipsum nominare debentem habere cum in Ecclesia vacatio publice nota erit) facere teneatur, dum tamen ipse nominans nominationis sue tempore non existat a prebende sue perceptione suspensus, alioquin ea vice propter hanc suam negligentiam nominandi potestatem amittat, & in utroque casuum predictorum scilicet negligentie & suspensionis hujusmodi nominandi facultas sequenti in gradu proximo deferatur, quos quidem nominatos seu nominandos tunc demum cum prebendam in suo ordine ipsum tangentem, vacare contigerit, ita quod ille qui per Prepositum nominatus fuerit, primo loco, deinde qui per Decanum, secundo loco & sic de alijs secundum



dum ordinem dictum Capitulum ad eandem prebendam vacantem debet admittere & sibi jus Canonicatus & prebende, quolibet obstaculo semoto, assignare, donec omnes & singuli prenarrati suarum nominationum seu petitionum effectum plenarie fuerint affecti, salvis tamen circa hoc statutis seu consuetudinibus quoad annum & annos gratie & fabricae in prebendis in dicta Ecclesia vacantibus haecenus observatis, quibus per hujusmodi statutum in nullo volumus derogare.

Premissis quoque annectendo statuimus, quod nullus notorie excommunicatus, interdictus aut suspensus vel qui residentiam suam juxta consuetudinem Ecclesie nostrae non fecerit per annum illum, in quo nominare vellet aut nominaret, nisi sufficientem cautionem de complenda tunc incepta annali in pretaeta nostra Ecclesia continua residentia capitulo nostro presentaret quempiam ad Canonicatum & prebendam Moguntinam possit aut debeat nominare, & sua nominatio, si quam fecerit, irrita penitus habeatur.

Statuimus etiam & ordinamus, quod *Fridericus* dictus *specht*, *otto de Schonenberg*, *joannes de Castelleto* & *Emicho de Loricbe* prebendas sacerdotales in dicta nostra Ecclesia tenentes, cuilibet ex gratia concedimus, quod personas ad eandem dumtaxat prebendas, quilibet tamen una vice juxta modum & ordinem prescriptos poterint nominare, quas etiam personas quilibet in suo ordine, ut pretaetum est, Capitulum ad dictas prebendas recipiet & admittet.



Insuper statuimus & ordinamus quod si ab Imperatore, Rege vel Archi Episcopo nostro seu alio quovis Barone Terre vel Nobili seu aliis quibuscumque status vel conditionis existant pro aliquo recipiendo Capitulum nostrum forsas, ut fieri solet, precibus impulsetur & capitulum totum dignum judicaverit & utile fore perspexerit, precibus talium annuendum, hoc in voluntate tamen ejus dependeat cujus ex prioratus ordine locus petendi tunc proximus debetur, qui si forte a petentibus & a Capitulo exoratus cedendum duxerit ea vice, jus suum ex eo in nullo debet periclitari, sed in sequenti vacatione sine cujuscunque contradictione admittetur. Idem censemus de his qui auctoritate sedis apostolice in dicta nostra Ecclesia gratiam obtinent & prebendam seu prebendas aliqujus vel aliquorum evincit vel evincunt effectualiter, qui tales evicti, quotiens etiam contigerit in sequenti vacatione locum habebunt, dummodo predicti Canonici sic litigantes effectualiter contra suos adversarios se defendant, quodsi non facerent & forte suos adversarios contra ipsos in penam contumacie procedere permetterent, vel alias probabiliter negligentes essent, ille vel illi quicumque essent ad alias prebendas vacaturas virtute predictae nominationis nullam spem habebunt, nec ipsis ad alias prebendas volumus obligari illa vice.

**Volumus etiam & presentibus ordinamus, quod quilibet premissorum personam recipiendam per se ipsum vel per litteras suo pendenti sigillo sigillatas
aut**



aut per suum procuratorem ad hoc publice & notorie constitutum seu notarij publici cum testium subscriptione confectas debeat nominare & nominans hujusmodi nominationem ad minus quatuor personis de Capitulo nostro infra mensem, postquam aliquem nominaverit, debet notificare & intimare.

Huic etiam adjicimus ordinationi, quod ad eum suis articulis observantiam inconvulsam quilibet deinceps ad capitulum recipiendus non generaliter sed in specie se adstringere & obligare debet corporali prestito juramento, pro ut etiam omnes & singuli nos prescripti promissimus bona fide loco juramenti omnia & singula premissa perpetuo firmiter observare.

Preterea ne aliquod dubium diffensionis virtute hujusmodi ordinationis inter nos imposterum valeat suboriri statuimus & presentibus ordinamus quod si quis vel qui ad prebendas presentati & possessiones earum in lite fuerint adepti, illum vel illos scolasticus pro tempore existens ad se vocare seu recipere non debet, sed ipsum libere dimittere ut hujusmodi in lite sic receptus eo ferventius & diligentius cum redditibus sue prebende se valeat defensare, donec prebendatus in lite ad prebendam presentatus suum adversarium vicerit vel per suum adversarium effectualiter fuerit evictus & ex tunc scolasticus illum qui in lite triumphaverit & prebendam obtinuerit ad se vocare ipsumque secum



tenere poterit secundum consuetudinem ecclesie nostre hactenus observatam.

In cujus rei testimonium robur & evidentiam pleniorum omnium premissorum sigillum capituli nostri magnum duximus presentibus appendendum. Actum & datum Maguntie in nostro Capitulo Generali, in loco in quo capitulariter congregari & Capitula nostra tenere consuevimus Anno Domini MCCCLX.

XXII.

QUALITER PRECISTA RUPERTI ROMANORUM REGIS IN ECCLESIA S. BARTHOLOMÆI FRANCOFURTI SIT ADMITTENDUS ?

In Nomine Domini amen. Anno à nativitate ejusdem Mcccc ij. Indiétione x. die quinta mensis octobris hora primarum vel quasi Pontificatus sanctissimi in christo patris & Domini nostri Domini Bonifacii divina providentia pape noni anno suo xiiij. in stuba capitulari super ambitu ecclesie Sancti Bartholomei franckfurt. Magunt. diœcesis sita in mei notarii publici testiumque subscriptorum presentia personaliter constituti coram honorabilibus & circumspèctis dominis Nicolao Konigstein Decano johanne Reckin scolastico magistro nicolao gerstungen Custode jacobo Hefsen, Merkelino de altauilla & johanne Currificis canonicis capitularibus



būs capitulariter congregatis & pro tunc capitulum representantibus, honorabilis dominus Magister Petrus Ingelnheim canonicus ecclesie Spirensis pro se gracie apostolice & processuum suorum & henricus dictus welder procurator & procuratorio nomine discreti viri jacobi heymirsheim de Altzeia litterarum primariarum precum illustrissimi principis & Domini nostri Domini Ruperti Romanorum Regis vigore & juxta earundem litterarum suarum tenorē quilibet eorum ad Canonicatum & prebendam & eorum possessionem per obitum quondam johannis Zabil in dicta ecclesia sancti Bartholomei vacante ut asseruerunt per dictos dominos Decanum & capitulum recipi & admitti petierunt, quibus prefati Domini Decanus & Capitulum per Organum Venerabilis domini nicolai Kongestein decani predictę ecclesie responderunt per hec verba vel eis saltem similia in effectu, parati sumus, quemlibet vestrum ad Canonicatum & prebendam supradictos admittere & recipere pro jure suo statuti ecclesie nostre per quemlibet vestrum scilicet xvij. flor. auri solvendis & aliis vobis exponendis semper salvis, & si ambo solueritis statuta hujusmodi ambos ut premittitur admitteremus, si neuter solvit vestrum neutrum admitteremus, & si alter solverit alterum non solventem & statuta nostra observantem admitteremus, de quibus omnibus & aliis pluribus prefati domini Decanus & capitulum publice protestabantur pro ut etiam in quadam cedula inferius inserta continetur, hiis per magistrum Petrum & Henricum welder supradictos auditis &



ne ut asseruerunt cum deliberacione intellectis, Magister Petrus statim induto superpelliceo param supra tabulam ante dominos Decanum & capitulum prefatos ciphum argenteum pro pignore xvij. florenorum ratione statutorum ut predicatur solvendorum deposuit & adjurandum & alia juxta statuta ordinationes & consuetudines ecclesie supradicte facienda se pronum obtulit & paratum, & iterum se peccit ad supradictos Canonicatum & prebendam & eorum possessionem integre recipi & admitti juxta litterarum suarum & processuum apostolicarum Continentiam & tenorem quibus visis & per dictos dominos Decanum & Capitulum tamen non acceptatis. hijsdem Domini Decanus & Capitulum prefatum Henricum welder interrogantes sollicitarunt, an ne ipse velit solvere statuta ecclesie & facere iuxta ea & consuetudines & ordinationes, qui respondens dixit & peccit iterum se procuratorio nomine quo supra admitti juxta tenorem litterarum suarum Iterum prefati domini Decanus & Capitulum & singulares Canonici Supranominati prefatum Henricum welder attentè rogarunt consuluerunt & suaserunt eidem quatinus vellet solvere statuta ecclesie ut est supradictum ipsi parati essent ipsum recipere & admitttere similiter ut est supradictum. Tandem idem Henricus extraxit de bursa sua viginti florenos auri & illos posuit ante se positum bankum & numeravit dicens quod illos viginti floren. ipse vellet ponere in depositum apud honorabiles dominos Theodoricum Cleijne Cantorem & johannem
myn-



myntzenberg Canonicos ecclesie montis S. Marie franckinf. donec ipsi domini Decanus & Capitulum in & ad realem possessionem Supradictorum canonicatus & prebende ipsum reciperent & admitterent, Ad hec Dominus Decanus predictus respondit in effectum quod statuta ecclesie sancti Bartholomei non sic canerent. scilicet si ipse henricus welder capitulo ejusdem ecclesie vel juniore canonico xvij. floren. solveret ad statim & assignaret capituli nomine recipiendos, ipsi parati essent ipsum recipere & admittere ut est superius clarificatum & protestatum, quod ipse Henricus minime fecit, quamvis de hoc prefati domini Decanus & singulares canonici ac alii tunc presentes non modicum ut ex eorum gestis pro ut dixerunt doluissent & cum hoc sepius requisitus consultus & rogatus facere non curaret, prefati domini tandem sepedictum Magistrum Petrum acceptis statutis & pignore pro eisdem ad canonicatum & prebendam supradictos suspensionis excommunicationis interdicti sententias & alias penas in literis apostolicis & processibus ipsius Magistri Petri contentas formidando in Dei nomine admiserunt tenor vero cedulae protestationis de qua supra sequitur in hec verba. Nicolaus Kongestein Decanus & capitulum ecclesie Sancti Bartholomei franckinfurt. Magunt. dioces. ad canonicatum & prebendam ejusdem ecclesie pro nunc per mortem johannis zabel ultimi possessoris eorundem extra romanam curiam defuncti vacantis mandatis apostolicis ac Reverendissimi in Christo patris & domini nostri domini johann-



hannis Archiepiscopi Magunt. pro parte domini Petri de Ingelheym ac illustrissimi Principis & domini nostri domini Ruperti Romanorum Regis semper augusti precibus primariis pro parte domini Jacobi Hermirsheym de alzeia nobis pro dictis canonicatu & prebenda directis & petitis humiliter parendo & quantum possumus obtemperando prefatos dominos Petrum & jacobum & quemlibet eorum pro jure suo de consensu utriusque etiam salvis juribus utriusque partibus statutisque & consuetudinibus ecclesie nostre predictae de quibus publice protestamur parati sumus admittere & recipere ac admittimus & recipimus simul & semel unoque contextu & momento, ita tamen quod uni ipsorum tantum qui postquam per sententias diffinitas vel alias per compositionem seu modum rationabilem illos evicerit de fructibus ex dictis Canonicatu & prebenda provenientius juxta statuta & consuetudines ac ordinationes ecclesie nostre predictae respondere teneamur & non ante Et quilibet ipsorum Petrus & jacobus caveant ecclesiam nostram & singulares personas ejusdem indempnes quoad premissa conservare super quibus te notarium publicum requirimus ut unum vel plura nobis conficias instrumenta salvo jure nobis corrigendi & emendandi premissa &c. Super quibus omnibus & singulis dominus nicolaus Decanus suprascriptus nominibus quibus supra & magister petrus & Henricus welder quilibet pro se me notarium publicum subscriptum instanter requisierunt ut ipsis exinde unum vel plura publicum vel publica conficerent instrumenta

Acta



Acta sunt hec Anno Indictione mense hora, loco & pontificatu quibus supra. presentibus honorabilibus & circumspectis viris & dominis Theodoric. cleyne cantore johanne Mintzenberg Canonice ecclesie montis Sancte Marie Nicolae Schick canonico ecclesie Sanctorum Marie & Georgii Andrea de Soltzbach campanario wernhero Mangolt vicario & Lijpelone soltzbach franckinf. clericis Magunt. diocef. testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Et Ego nicolaus dictus uff dem graben de Lym-purg clericus Trevirensis dioecesis publicus &c.

Confer. Subsid. Dipl. Tom. II. pag. 37.

XXIII.

BREVET DE PREMIERES PRIERES DE LOUIS XIV.

Du 6. Juin. 1699.

Louis, par la grace de Dieu Roi de France & de Navarre, à nos chevs & bien Amés les Prevost, Doyen, chanoines & chapitre de l'eglise Collegiale de St. Pierre le Jeune de nostre ville de Strasbourg, & tous autres collateurs en i celle, salut. la divine Providence ayant estendu les bornes de nostre Royaume par l'union de la province d'Alsace & de nostre ville & Eveché de strasbourg, qui ont été cedées par l'Empereur
&



& l'Empire pour être unies à perpetuité à nostre couronne, avec tous les droits Regaliens généralement quelconques, desquels droits l'un des principaux est celui de pouvoir nommer aux premiers canonicats & prebendes, benefices, dignités ou offices qui vacquant, ou qui viennent à vacquer dans chaque Eglise, tant conjointement que divisément, & que les nommés, en vertu de ce droit, jugent à propos, d'accepter, lequel droit est vulgairement appellé Premieres prieres, dont les empereurs ont joui depuis un tems immemorial dans toutes les eglises d'Allemagne, & dans toutes celles de nostre dite province d'Alsace, à ces causes, voulant conserver les droits qui sont attachés à nostre couronne, & estant bien informés des bonne vie, moeurs, capacité, doctrine & suffisance de Maître, Jean François Riccius, clerc secretaire du dit Eveché de Strasbourg, nous lui avons accordé notre nomination, & vous l'avons nommé pour tenir le premier Canonicat & prebende, benefice ou office vacquant, ou qui viendra à vacquer dans votre dite eglise, de quelque maniere que ce puisse estre, à la nomination, colation & disposition de qui que ce soit, & qu'il jugera à propos d'accepter, vous exortant & neant moins vous commandant & enjoignant expressement de pourvoir le dit maître Jean François Riccius du premier Canonicat, Benefice, ou office, conjointement ou divisément, vacant ou qui viendra à vacquer dans votre dite Eglise & qu'il jugera à propos d'accepter ou de requérir, avec tous les droits, prerogatives, fruits &



& revenus y attachés, en lui assignant un stal au choeur & une place dans le chapitre, le tout ainſy & de même qu'il a été pratiqué par les empereurs en pareil cas. Car tel eſt notre plaisir. Donné à Verſailles le ſix Juin, l'an de grace mil ſix cens quatre vingt dix-neuf, & de noſtre regne le cinquante ſeptieme. Signé Louis. & plus bas. par le Roi, Tellier.

XXIV.

BREVET DE PREMIERES PRIERES DE LOUIS XV.

Du 5. mai 1719.

Louis Par la grace de Dieu Roi de France & de Navarre, à nos chers & bien Amés les Prevost, Doyen, chanoines & chapitre de l'église Cathédrale de Strasbourg, ſalut. Les bornes de notre Royaume ont été étendus par l'union de la province d'Alsace & de nos ville & eveché de Strasbourg, qui ont été cedés par l'empereur & l'empire pour être joints à perpetuité à notre couronne avec tous les droits regaliens generalement quelconques ſans en reſerver aucun, des quels droits un des principaux eſt celui anciennement appellé premieres prieres autrement de Joyeux avenement, lequel comiſte au pouvoir de nommer aux premiers benefices, dignités, ou offices qui vacquent ou viendront à vacquer dans chaque eglise, ainſi



que les empereurs en ont joui avant les dites cessions depuis un tems immemorial dans toutes les eglises d'Allemagne & dans toutes celles de notre province d'alsace; & attendu qu'il nous a été justifié que les empereurs ont exercé le dit droit dans le grand choeur de votre Eglise par les nominations & presentations qu'ils y ont faites lors de leur avenement, ce qui suffit pour établir notre droit incontestablement. Pour ces causes, voulant conserver un droit aussi eminent attaché à notre couronne, & étant bien informés des bonnes vie, moeurs, Capacité, pieté & doctrine du Sr. Gilbert Louis de Bergeret clerc dudit Diocèse, nous de l'avis de nôtre très cher & très Amè Oncle le duc D'orleans regent de notre royaume, avons nommé & présentés, nommons & presentons par ces presentes signées de notre main ledit Sr. de Bergeret pour remplir la premiere vicairerie ou prebende vacante, ou qui viendra à vacquer dans le grand choeur de vôtre dite eglise, de quelque maniere que ce puisse être, & à la nomination, disposition & collation de qui que ce soit, vous exhortant, & neant moins vous commandant & enjoignant expressement de pourvoir ledit Sr. Bergeret de la premiere vicairerie, ou prebende vacante, ou qui viendra à vacquer dans le grand choeur de vôtre dite eglise, l'y recevoir ou procureur pour lui, & l'en faire jouir, ensemble des honneurs, prérogatives, preeminences, droits, fruits, profits, revenus & emoluments qui y appartiennent, pleinement & paisiblement, cessant & faisant
cesser

cesser tous troubles empêchements au contraire, lui donnant place au choeur de votre Eglise, voix & opinion deliberative en votre chapitre, les solemnités en tel cas requises gardeés & observeés, le tout à peine de nullité de tout cequi serait fait au prejudice des presentes, car tel est nôtre Plaisir. Donné à Paris Le cinquieme Jour de may l'an de grace mil sept cents dix-neufs & de notre Regne le quatrieme. Signé Louis, & plus pas, par le Roi, le duc d'orleans regent present. Signé fleuriau.

 XXV.

 BREVET DE PREMIERES PRIERES
 DE LOUIS XVI.

Die 21. Septembre 1774.

Louis, par La grace de Dieu, Roi de france & de Navarre. à Nos chers & bien amés les Prevôt, doyen, chanoines & chapitre de L'eglise Collegiale de Haguenau, diocese de Strasbourg, tant conjointement, que separement, salut. ayant Egard aux temoignages qui nous ont été rendus des bonnes vie, moeurs, pieté, suffisance & capacité du St. André Grandidier, foudiacre du diocese de Strasbourg, nous l'avons nommé & presenté, nommons & presentons par ces presentes signées de notre main pour être par vous pourvu de la premiere dignité, chanoinie & prebende qui viendra cy après à vaquer en la dite Eglise à votre collation à nous

Tom. XII.

I

duè



dué à cause de notre joyeux avenement à la Couronne. Si vous Prions & neant moins mandons & ordonnons, que ladite premiere dignité ou chanoine & prebende vous ayés à conférer audit Sieur Grandidier, l'y recevoir ou procureur pour lui, & á l'en faire jouir aux honneurs, prerogatives, preeminences, droits, fruits, profits, revenus & emolumens y appartenans, pleinement & paisiblement, lui donnant place au choeur de votre eglise, & voïn deliberative en votre chapitre, les solemnités en tel cas requises gardées & observées, à peine de nullité de tout ce qui se ferait au prejudice des presentes. car tel est notre plaisir. donné à Versailles le vingt & unieme jour du mois de Septembre de l'an de grace mil sept cent soixante & quatorze & de notre regné le premier. Signé Louis. & plus bas, par le Roi Phelippeaux.

Pro intelligenda materia precum ad Ecclesias Gallie directarum, subsequentes regulas velim observes.

- I. In Francia Regiæ preces primariæ ad Cathedrales tantum diriguntur. *)
- II. Sed duo sunt casus quibus exercentur. I. in susceptione coronæ regalis (du joyeux avenement.) et II. in præstatione juramenti fidelitatis Episcoporum. (du Serment de fidelité.)
- III. Titulus utriusque est protectio Ecclesiæ.

IV. Pre-

*) Hæc regula obtinet in provinciis juris gallicani, aliud est in provinciis noviter acquisitis uti in Alsatia ubi Rex utitur jure Imperatoris.



- IV.** Preces in Gallia univerſim non ſunt tam antiquæ ac in Germania; ad cujus imitationem introductæ ſunt, et ab Henrico III. Rege demum per Conſtitutionem anni 1577. pro utroque caſu tanquam jus coronæ adnexum adfertæ.
- V.** Preces in Gallia inſinuandæ intra menſem a facta nominatione: Requiſitio vero debet fieri intra 6. menſes a die vacationis Beneficiî.
- VI.** In Concurſu duorum precistarum præfertur Breve-tate du joyeux avenement, præciſtæ du Serment de fidelité.
- VII.** Preces prim. Regum Francieorum adnexas non habent Executoriales: ſ. clauſulam irritatoriam: de præxi tamen Requiſitio eſt loco clauſulæ irritatoriæ, omnem collationem poſt Requiſitionem demum in alium niſi præciſtam, factam, annullantis.
- Quas Theſes elegantiffimus Pariſienſis Cauſarum patronus Mannory latius deduxit in Orationibus judicialibus ſuis (Plaidoyers) T. IV. Cauſa I. II. et III.





XXVI.

LITTERÆ PONTIFICIS AD CAPITULA PRO ADMITTENDIS PRECIBUS FRANCISCI IMPERATORIS.

Dilectis Filiis Capitulis et Canonicis quarumcunque Cathedralium, etiam Metropolitanarum & Colleg. Ecclesiarum per S. R. I. ubilibet existentium.

Benedictus Papa XIV.

Dilecti Filij Salutem & apostolicam Benedictionem.

Cum difficultates illæ, quæ alias circa preces quas primarias vocant, subortæ fuerant, locum in præfens benedicente Dno non obtinuerint, nullumque propterea Charissimo in Christo Filio Francisco Romanorum Regi in Imperatorem electo pontificiæ nostræ benevolentiæ argumentum deesse velimus, id vobis nunc notum perspectumque Dilecti filij esse æquum ducimus, simulque vos admonere, ut eas preces, quas de cætero à dicto Francisco Rege sive vobis sive alijs quibusvis Collatoribus sive Collatricibus quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum per S. R. I. ubilibet existentium pro beneficiorum hujusmodi, cum primum illa vacaverint, collatione, servatis tamen restrictionibus et exceptionibus solitis, facienda, porrigi seu exhiberi contigerit, omnino recipiendas & ad-

mit-

mittendas esse noscatis. Hæc, dum vobis, dilecti filij significamus, minimæ Veremur, quin illa pro filiali vestro in nos studio debitæ executioni demandaturi sitis. Vobisque interim cœlestium charismatum incrementa ex animo à Deo precamur, ac perpetuum paternæ charitatis nostræ pignus apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Volumus autem ut præsentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarij publici subscriptis & Sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Maj. sub annulo piscatoris die 28. Nov. 1746. Pontificatus nostri anno 7mo

(L. S.)

D. Card. Passioneus.

Ad pag. 317. Subsidiar. Diplom. Tom. II.

Ad Tom. IV. Subsidiarum Diplom. pag. 24. circa preces Episcopi Basileensis ad Ecclesiam Collegiatam Tbannensem notandum, quod in Arnoldi Episcopi Basiliensis compositione inter Abbatem Murbacensem & Capitulum Ecclesiæ S. Theobaldi in Tbannis an. MCCCCLVI die XXIX. Nov. inter alia ordinatum fuerit:

Item quod quilibet in Abbatem dicti monasterij electus post confirmationem suam & postquam



pacificam possessionem regiminis & administra-
 tionis ipsius monasterij adeptus fuerit, potest
 prout ab antiquo consuetum est, semel porrigere
 primarias preces Dominis Preposito & capitulo
 ad Canonicatum & prebendam vacaturas in dicta
 Ecclesia Sancti Theobaldi, ipsique Domini Præ-
 positus & Capitulum legitimo cessante impedi-
 mento hujusmodi expectantem harum precum
 virtute recipere debent, dum vacant, ad eandem,
 ita tamen, quod preces R. P. Domini Episcopi Ba-
 siliensis pro tempore, si eas cum alijs concurrere
 contigerit, locum obtineant priorem cet.

Schöpflini Alfat. Dipl. part. II. pag. 391. — .

XXVII.

CHRONICON WEISSENBURGENSE AB ANNO DCCCCLXIX. USQUE IN AN- NUM MLXXXVII.

Anno DCCCCLXVIII. Hatto Archi Episcopus
 obiit, cui Ruotbertus successit.

anno DCCCCLXXI Exustum est famosum tem-
 plum in Thornburg.

anno DCCCCLXXII domo ottoni Juniori Imp.
 nupta est filia Imperatoris de grecia.

anno DCCCCLXXIII Dominus otto junior per-
 rexit ad Castellum, quod dicitur Bosuth, &
 concremavit illud, atque Custodes apprehendit,
 secumque abduxit.



anno DCCCCLXXV Dominus otto Imperator habuit magnum Conventum in Welmare. eodem anno Imperator Behennos vastavit, & Concremavit, & revertendo venit in Heresfelt.

anno DCCCCLXXXI Adalbertus archiEpiscopus Magadaburgensis & abbas Wizenburgensis obiit, Cui Sandraldus successit.

anno DCCCCLXXXII. Destructus est Episcopatus in Merseburg, & miræ magnitudinis ædificium cecidit in magadeburg.

anno DCCCCLXXXIII otto tertius annor. XVII. dominus otto puer iterum Rex constitutus, qui dominum Bernharium, abbatem fecit fratrum Hersfeldensium.

anno DCCCCLXXXV otto dux filius Cuonradi Ducis istud Cenobium, id est Vuicenbure, vi invasit, Loca distribuit.

anno DCCCCLXXXVIII gifilharius abbas obiit, cui gerricus successit.

anno DCCCXCIII synodus aquis facta per Dominicum Romanæ Ecclesiæ Episcopum.

anno MI gerricus abbaciam reddidit, & Sigibodonem eligit.

anno MII otto tertius obiit, cui Heinricus successit. Sigebodo abbas obiit, cui Luithardus successit.

anno MIIII monasterium istud combustum est.



anno MVII gericus pius abbas obiit.

anno MVIII Bruno Episcopus martirio coronatur.

anno MXXXIII. dedicatum est oratorium S. Petri
in Vuizenburc a Reginboldo Spirensi Episcopo.

anno MXXXVIII dissensio facta est de adventu
Domini, per domnum Willhelmum Episcopum.

anno MLII magna Synodus Congregata est in mo-
guntia, cui Leo Papa & Henricus Imp. præsi-
debant.

anno MLVIII Henricus Comes palatinus, mentis
infantia Captus, tonsuram & monachicum habi-
tum accepit, ac Monasterium gorziæ, sub spe-
cie Religionis intravit, sed eum, quem ingres-
sum vitæ posuit pedem, retraxit, seseque in eum,
quem despexit, mundum malefanus iniecit; in-
super & domnam Mahtildam, gozelini ducis fi-
liam, quæ sibi in matrimonium juncta fuit, heu!
infelix parricida peremit. eodem anno Liutbol-
dus archi-Ep. obiit.

anno MLVIII Henricus Comes, iterum pœniten-
tia ductus, monasterium ingressus est.

anno MLX Cuonradus Spirensis Episcopus obiit,
cui Einhardus successit.

anno MLXI Cuono Dux Karendinorum obiit.
agnes Imp. velamen Testimonii accepit.

anno MLXVI adalbertus Bremensis Episcopus,
Homo nequam. Consiliarius Heinrici Regis, in-
ter mala, quæ operatus est, plura, **abbatis,**
Præ-

Præposituras, & omne, quod de sanctorum domibus abradere potuit, suæ nequitiae fautoribus per manus Regis tradi fecit. eodem anno Henricus Rex Bertham Reginam, ottonis Marchionis filiam, duxit. piæ recordationis Eberhardus Trevirensis archi Episcopus obiit, in cuius locum electus esset Cuono, Coloniae Præpositus, populi Treverorum indignantes, noluerunt eum suscipere, sed magna manu armatarum collata, nocte eum aggressi omnes sibi resistentes percusserunt, ipsum dominum & Regis missum Einhardum Spirensē Episcopum, omnesque optimates, & res eorum secum abduxerunt, & non post longè, spirensē Episcopum & suos, libertati dantes, præfatum Senioremem Cuononem miserabili tormento heu! infelices percusserunt.

Comes Wilhelmus, qui & Basfhart, anglo-Saxones & Regem illorum occidit, Regnumque obtinuit.

anno MLXVII ad sepulchrum Cuononis martyris plura deus misericordiae suæ signa cœpit operari.

Heinhardus spirensis Episcopus obiit, cui Henricus successit.

gotefridus Lothariorum dux, periclitantem Romam, & hostium incursus timentem defendere nititur.

anno MLXVIII Dedi marchio saxonicus levavit manum contra Regem & nihil prævaluit.



Adelheit, conjux Rudolphi ducis, quod Castitatem non servaverit, falso accusata est, & marito & honore privata est.

anno MLXX gotefridus Lōthariorum dux, vir miræ audaciæ, in natali Domini obiit. Item. dominus deus dilecti sui Sebaldi merita per virtutum opera mundo revelavit.

anno MLXXI Rudolphus Suevorum dux, conjugem Suam, quam per malam famam abjecit, coram alexandro Papa expurgatam iterum recepit.

Monachi & familia Stabulensis Caenobii patroni sui sancti Remacli auxilio de magnis periculis liberati sunt.

magna Synodus habita est moguntia civitate, cui Henricus Rex & archi Episcopus, legati vero domni apostolici & diversarum provinciarum Episcopi, & abbates præsidebant, ibi Karlus Episcopus Constantiensis Ecclesiæ, nondum tamen ordinatus, quod non per ostium, sed per Simoniacam hæresin id est: pecuniam, in ovile intraverit, accusatus, & Convictus, ab Episcopatu ejcitur.

otto Bajoariorum dux, quasi Conspirasset in Regem Henricum, hostis judicatus est, & honor ejus ad alios translatus.

anno MLXXIII. Henricus Rex Coangustatus nimis, oravit dominum intentè, promisitque penitentiam, & Regnum ejus confirmatum est. ipse est

est Rex Henricus, qui, excluso Episcopo, sedem sibi fecit Wormatiæ.

anno *MLXXV* Hermannus Babenbergensis Episcopus, vir mendax, & avaritiæ deditus, postquam sedit annos X. sub Gregorio Papa digna dampnatione depositus est.

anno *MLXXXVII* Bertha Imperatrix obiit III. Kalend. Junii aquisgrani.

Cuonradus factus est Rex.

XXVIII.

DIPLOMATARIUM SAGANENSE. *)

BULLA URBANI III. CONGREGATIONI ARROASIENSI CONCESSA.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis *Galtero* Abbati Ecclesiæ Sancti *Nicolai de Arroasia*, & ejus societatis & Ordinis Abbatibus & fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum. Proprium est ecclesiasticæ disciplinæ ab illicitis prohibere, & excessuum culpas salubriter refecare, quæ si torpente magistro negligitur, cuncta in confusionem deveniunt, nam si alter destruit, alter ædificat, sive aliquis propriam sequens voluntatem minuit, alius addit, non solum regularis Ordo dissolvitur, sed etiam

*) *Saganum* Civitas principatus Saganensis in Silesia inferiori ad *Boherum*.



etiam ex hoc perditionis materia ministratur. Curæ ergo vobis sit dilecti in Domino filii Abbates, ut personas diligatis, vitia persequamini, boni dulces, mali vos sentiant correctores; Culpæ enim est, in culpa omnino debitam relaxare vindictam; & sic alterum condatur ex altero ut boni habeant omnino amando quod caveant, & mali metuendo, quod diligant. Ceterum tunc Deo placens religio dirigitur, & vigor ecclesiastici Ordinis indissolubiliter conservatur, si ad ejus custodiam certus modus & propria censura ponatur. Quid igitur per operationem Sancti Spiritus in Ecclesia Sancti Nicolai de *Arroasia* fervor canonici ordinis secundum beati *Augustini* regulam acceptabiliter custoditur, placuit nobis prepositum vestrum ad instar felicitis recordationis *Innocentii* Papæ prædecessoris nostri sedis apostolicæ auctoritate firmare. Et ut in eo firmiter persistatis piis exhortationibus commone. Statuimus igitur ut in Ecclesiis vestris, in quibus fratres vitam canonicam professi degunt, nulli omnino hominum liceat secundum beati Augustini regulam ibidem constitutum ordinem commutare. Nullus etiam Episcoporum futuris temporibus audeat ejus Religionis fratres de Ecclesiis vestris Abbatibus propriis invitis aut inconsultis expellere nec professionis canonicæ quispian ex ecclesiis eisdem aut claustris audeat sine communi congregationis permissione discedere, discedentem verò nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus monachorum, sine communi literarum cautione suscipere. Quia vero nonnulli de



regulari observantia ad regimen Ecclesiarum assumpti, eo sæpius per prava opera dissolvuntur, quo adversus eos antiqui hostis invidia perniciosius astutiam suæ fraudis exercet, Apostolica nihilominus auctoritate statuimus, ut si quis Abbas vestri ordinis infamis vel sui ordinis prævaricator, sive commisso sibi monasterio inutilis vel perniciosus extiterit, nisi à Patre Abbate secundò tertiove commonitus, suum curaverit emendare delictum idem Abbas adjunctis sibi aliis discretioribus & gravioribus ordinis ejusdem Abbatibus, de ipsorum consilio & assensu eum canonica & regulari correctione castiget. Quod si eorum correctioni rebellis fuerit, districtione canonica per te fili *Galtert* Abbas & successores tuos, nec non & quatuor coabbates, qui arbitri tecum ad corrigendos excessus ordinis in generali Capitulo statuuntur, si sponte cedere noluerit, deponatur. Si quis verò de judicio vestro pro culpa sua fuerit deponitus, ad Ecclesiam unde assumptus fuerat, vel ad aliam ejusdem ordinis revertatur, ibique sub obedientia Abbatis regulariter conversetur; Verum si qui Canonicorum ecclesiæ ad vestrum se ordinem, de Antistitis sui consensu transfulerint, vestris institutionibus informandos, ecclesiæ de *Arroasia* & Ordini, sicut alias ecclesias vestri ordinis in regulari observantia decernimus subjacere, ita tamen ut ad illam Ecclesiam tanquam filię ad matrem habeant sine refragatione respectum, in qua vestrum noscuntur ordinem assumpsisse. Cum vero aliquis Abbas vestrarum ecclesiarum decefferit, vacans ecclesia sub Patris Abbatis provisione

con-



consistat, ne videlicet ex pastorali defectu grave dispendium patiatur, donec de ipsius & duorum vicinorum Abbatum consilio Abbas alius à fratribus eligatur, nisi illa ecclesia à Patre Abbate tam remota fuerit, ut ipsam sine magno dispendio vegere non possit.

Si autem inter fratres monasterii de substituendo Abbate fuerit suborta contentio, nisi ad concordiam potuerint revocari, Pater Abbas de consilio & assensu coabbatum suorum, illum sine contradictione ibi præficiat, qui approbatione majoris & sanioris partis Capituli & laudabilioribus meritis viderit adjuvari, substitutus verò sicut moris est, diocesano Episcopo præsentetur, qui si secundo tertiove cum humilitate debita requisitus benedictionem ei aliqua occasione conferre distulerit, ne ipsa ecclesia interim sustineat detrimentum, liberam electus administrationem obtineat, donec interventu Generalis Capituli vestri per eundem Episcopum vel Metropolitanum suam, sive de mandato summi Pontificis, canonice quod postulat assequatur, Benedictus verò de observantia ordinis monasterio vestro sicut suo capiti cum humilitate respondeat & statuta ejus salubria suscipiat & observet. Ad hæc auctoritati præsentium inhibemus, ne aliqua ecclesia vestrarum, nisi de assensu Capituli generalis, vel de mandato Romani Pontificis, persona alterius ordinis ad Abbatis officium assumatur. Nec Abbas in qualibet ecclesia vestri ordinis instituta Capituli generalis minuere vel in
 dete-



deterius mutare præsumat. Præterea visitationem sive citationem annuam ecclesiarum ipsarum quam tenentur Abbates in capitulo generali designati prædictis ecclesiis de consuetudine vestra impendere vobis & eidem ordini auctoritate apostolica confirmamus. Nulla sane persona ecclesiastica vel etiam sæcularis pro benedictione vel intronisatione Abbatum vestrorum palefredum aut aliquid aliud exigere. Nullus etiam Abbatum vestrorum, si exigatur, dare præsumat, quia exigenti & danti nota simoniacæ pravitatis, & periculum noscitur imminere; Decernimus ergo ut nulli hominum liceat præfatas ecclesias temerè perturbare, aut earum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salvâ sedis Apostolicæ auctoritate & Diæcesanorum Episcoporum Canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis & honoris sui careat dignitate, reamque si divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & à sacratissimo corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine divinæ ultioni subiaceat, cunctis autem eisdem ecclesiis sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum



etum benedictionis accipiant, & apud districtum
 iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.
 Ego *Urbanus* Catholicæ ecclesiæ Episcopus Servus
 Servorum. Ego *Henricus* Albanensis Episcopus SS.
 Ego *Paulus* Prænestinus Episcopus. SS. Ego *Theo-*
baldus Hostiensis & Velletrensis Episcopus SS. Ego
Joannes Presbyter Cardinalis tituli Sancti *Marci* SS.
 Ego *Petrus* Cardinalis Presbyter tituli Sanctæ *Su-*
sanne SS. Ego *laborans* Presbyter Cardinalis San-
 ctæ *Mariæ* trans Tyberim tituli *Calixti* SS. Ego
Pandulphus Presbyter Cardinalis tituli duodecim
 Apostolorum SS. Ego *Albinus* Presbyter Cardina-
 lis tituli Crucis in Ierusalem SS. Ego *Melior* Pres-
 byter Cardinalis Sanctorum *Joannis & Pauli* tituli
Pagmachii SS. Ego *Adelardus* Presbyter Cardina-
 lis tituli Sancti *Marcelli* SS. Ego *Jacintus* Sancto-
 rum *Cosmæ & Damiani* Diaconus Cardinalis SS. Ego
Bobo Sancti *Angeli* Diaconus Cardinalis SS. Ego
Octavianus Sanctorum *Sergii & Bacchi* Diaconus Car-
 dinalis SS. Ego *Rollandus* Sanctæ *Mariæ* in Porticu
 Diaconus Cardinalis SS. Ego *Petrus* Sancti *Nich.*
 in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis SS. Ego
Radulphus Sancti *Georgii* ad velum aureum Diaco-
 nus Cardinalis SS. Datum *Veronæ* per manum *Al-*
berti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardina-
 lis & Cancellarii *IV.* Nonas Junii Indiétione *IV.*
 Incarnationis Dominicæ Anno *MCLXXXVI.* Pon-
 tificatus vero Domini *Urbani* Papæ *III.* Anno
 primo.

XXIX.

HENRICUS DUX SILESIAE FRATRI-
BUS ORD. S. AUGUSTINI VILLAM POPO-
WICK ET CXX. MANSOS DO-
NAT.

Nos *Henricus* Dei Gratia Dux Silesiæ & Craco-
viæ, notum facimus tam præsentibus quam
futuris, quod Beato *Bartholomæo*, in *novo castro* &
fratribus Ordinis Sancti *Augustini*, ibidem Deo ser-
vientibus ad honorem Dei & prædicti Patroni, vil-
lam quæ dicitur *Popovic*, contulimus, & quidquid
ad dextram montis castri tenuimus, à *Bresnicba*,
usque ad fluvium, qui dicitur *Bober*, dedimus præ-
dictis fratribus jure perpetuo possidendum. De-
dimus præterea eisdem *CXX* mansos de terra in-
cultâ, jure Theutonico locandos cum omnibus emo-
lumentis, quæ in præfatis fluviis *Bresnicba* videli-
cet & *Bober*, tam in piscatura, quam in molendi-
nis & millificiis imposterum possunt provenire. Ut
autem hæc nostra donatio perpetuo inviolabilis
perseveret, præsentem Cartam Sigilli nostri im-
pressione duximus munimime roborandam. Actum
Anno Dominicæ Incarnationis *MCCXVII*.





XXX.

BREVE HONORII III. PP. AD EPISCO-
PUM ET CAPITULUM WRATISLAVIENSE
UT DE SUPRADICTIS CXX. MANSIS
DECIMAS CONDONENT.

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili fratri . . Episcopo & dilectis filiis Capitulo Wratislaviensi Salutem & Apostolicam benedictionem. Dilectus filius nobilis vir, *Henricus*, Dux Silesiæ nobis insinuare curavit, quod considerans paupertatem domus de *novo castro* ordinis *S. Augustini* vestræ Diæcesis centum viginti mansos cujusdam nemoris sui eis dare proposuit dummodo vos eis eorundem mansorum decimas concedatis, licet major pars vestrum in hujusmodi concessione concordet, quidam tamen è vobis nondum acquiescere voluerint. Ne igitur pium nobilis prædicti propositum ob hoc retardari contingat, et ipso nemore remanente inculto, nec vobis nec fratribus dictæ domus ex eo aliquid utilitatis accedat, universitatem vestram rogandam duximus & hortandam per apostolica scripta mandantes, quatenus prædictæ domui decimas dictorum mansorum concorditer concedatis Mandatum nostrum taliter impleturi, quod iidem fratres propter hoc ad nos recurrere non cogantur. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum* VI. Kt May. Pontificatus nostri Anno tertio.



XXXI.

HONORIUS III. PP. BONA NOVI CASTRI CONFIRMAT ET IN PROTECTIONEM SUSCIPIT.

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis. Præposito & Capitulo de *Novo castro*. Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem nostri, ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis precibus inclinati personas vestras & locum in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis, quæ impræsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis præstante Domino poterit adipisci, sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem possessiones ac alia bona vestra sicut ea omnia juste ac pacificè possidetis, vobis & per vos Ecclesiæ vestræ auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, Beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum lateran. V. Idus Januarii Pontificatus nostri. Anno Quinto.



XXXII.

CANONICI REG. DE NOVO CASTRO
SAGANUM TRANSFERUNTUR.

Ne rerum gestarum series per cursus temporis successivi labatur à memoria posterorum Nos *Prempeo* Dei gratia Dux Silesiæ & Dominus terræ saganensis, attendentes inopiam & egestatem religiosorum virorum Ordinis Sancti *Augustini*, monasterii Sanctæ *Mariæ* in *Novo Castro* ex assensu charissimorum fratrum nostrorum, Domini *Conradi* & Domini *Henrici* Inclitorum Ducum Silesiæ, Nec non sollicita cura venerabilis Patris nostri Domini *Thomæ* Episcopi Wratislaviensis Ecclesiæ mediante, ex libero nostro arbitrio, Abbatiam de novo castro in civitatem nostram *Saganum* vulgariter appellatam sane decrevimus transferendam, Respicentes dictos religiosos viros pio zelo, quo circa ipsos jam dudum moti sumus, adhuc & moveri volumus studio interioris hominis, in beneficio Parochiæ jure Patronatus nostri dictæ Civitatis nostræ, in remedium & salutem animarum Patris & Matris nostræ felicitis recordationis, in salvo & tranquillo commodo perpetuo possidendum, ut autem hæc tam solemnis nostra translatio & donatio perennem firmitudinem obtineant, præsentibus litteris nostri *Sigilli* munimine jussimus roborandas; Acta hæc sunt in *Sagano* Dominicæ Incarnationis, Millesimo ducentesimo, octuagesimo quarto, præsentibus his quorum nomina subsequuntur, videlicet dilecto

com-



compatre nostro Domino, *Ulrica de Phac*, Domino *Reinoldo Rinc*, Domino *Ottone & Wolwrammo* fratre suo de *Panevitz*, Domino *Sifrido de Necherlin*, Domino *Jacobo* Plebano de *Wintzbic*, & aliis quam plurimis idoneis viris & honestis; Datum per manus *Helmwici* Prothonotarii curiæ nostræ, octavo Idus May. Hoc est in die *stanistai* Episcopi & Martyris.

XXXIII.

PRÆDICTA TRANSLATIO AB EPI-
SCOPO WRATISLAVIENSI CONFIRMA-
TUR.

Nos *Thomas* Dei gratia Episcopus Wratislaviensis notum esse volumus omnibus tam præsentibus quam futuris, ad quos præsentis litteræ devolventur, quod cum Illustris Princeps Dominus *Prempeco* Dux Silesiæ & Dominus *Saganensis* jus Patronatus Ecclesiæ de *Sagano* nostræ Wratislaviensis Diocesis quod jus Patronatus ad eundem Dominum Ducem *Prempeconem* dignoscebatur de jure pertinere, pro suæ salutis & progenitorum suorum remedio, Religiosis viris. . . Abbati & Conventui fratrum de *Novocastro* Ordinis *S. Augustini* liberè ac in perpetuum contulerit, prout in ipsius Domini *Prempeconis* Ducis litteris super hoc confectis plenius continetur. Nos eorundem Abbatis & Conventus precibus favorabiliter annuentes, donationem seu con-



cessionem prædictam, prout provide & rationabiliter facta est, ratam & gratam habentes accedente ad hoc nostri Wratislaviensis Capituli consensu auctoritate ordinaria confirmamus & præsentis scripti Patrocinio communimus; Transferentes Monasterium ipsorum & Abbatiam propter securitatem de loco illo videlicet *Novo castro* ad Ecclesiam, quam eidem Monasterio in perpetuum similiter de consensu nostri Capituli conferimus, salvis, Episcopali Archidiaconali *) Legatorum & Nuntiorum sedis Apostolicæ juribus, quoad Canonicam obedientiam, subjectionem, & reverentiam, visitationem, correctionem, & reformationem, procuracionem, ac Censuram ecclesiasticam, & alia [quæ ad legem jurisdictionis & legem diœcesanam pertinere dignoscuntur]; volumus autem ut præfati Abbas & Conventus provideant, quod Ecclesia de Novo castro officietur per aliquem confratrem, ita quod divinis officiis non fraudetur. In cujus rei testimonium, Sigillum nostrum una cum Sigillo nostri Wratislaviensis Capituli, præsentibus litteris duximus apponendum. Datum apud *Otmuchow VI. Nonas Julii*

*) Episcopatus Wratislaviensis in quatuor Archidiaconatus Wratislaviensem, Glogoviensem, Oppoliensem et Lignicensem divisus complectitur præter Cathedrali et Collegiatis ecclesias sæculares VII, circulos Archipresbyterales LXXVII. et in his Præposituras XVI. et parochias residentiales DLXXVI. Vicarias LII. in Archidiaconatu Glogaviensi Saganum sub Clarissimo Viro Felbigero Abbate floret, qui in charta geographica suprafatos Archidiaconatus delineari fecit.

lii Anno Domini M CC L XXX quarto, presentibus & consentientibus Dominis, *Mileyo* Decano, Magistro *Andrea* Archidiacono, *Joanne* Scholastico, Magistro *Joanne* Cantore, *Nicolao* Custode, *Nicolao* Scholastico Glogoviense, *Voyzslao*, *Stephano*, *Martino*, *Helyo*, *Petro* de *Strelin*, *Henrico* de *Stinavoja*, *Laurentio* officiali, *Martino* Medico, *Budivoyo*, & *Vito*, canonicis Wratislaviensibus.

XXXIV.

BONIFACIUS VIII. PP. MONASTERII
S. MARIE DE SAGANO BONA CONFIRMAT
ET IN PROTECTIONEM SUS-
CIPIT.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Abbati & Conventui Monasterii Sancte *Mariæ* de *Sagano* Ordinis Sancti *Augustini* Wratislaviensis Diocesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducat effectum. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras & locum in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in presentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis præstante Domino poterit adipisci, sub beati *Patri* & nostra protectione suscipimus, specialiter autem decimas, ter-



ras, prata, pascuæ, nemora, possessiones, & alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis & per vos Monasterio vestro, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti Patrocinio communimus, salva in prædictis decimis moderatione Concilii Generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Lateran. II. Idus Aprilis Pontificatus nostri Anno Imo

XXXV.

CONRADUS DUX FRATRIBUS S. MARIE DE SAGANO DOMUM LAPIDEAM CUM AREA DONAT.

Quæ geruntur in tempore à memoria citius evanescent, nisi apicibus scripturarum solliciti roborentur. Hinc est quod nos *Conradus* Dei gratia Dux Silesiæ & Dominus de *Sagano*, nec non Patriarcha Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ notum esse volumus universis præsentem Scedulam inspecturis, quod intuitu divinæ remunerationis, & pro anima dilecti fratris nostri felicitis recordationis Illustris Principis Ducis *Premponis*, qui etiam primus



mus fratribus Ordinis Sancti *Augustini* Canonicis Regularibus de Ecclesia Sanctæ *Mariæ* de *noxo Castro* monasterium pro salute sua & propinquorum suorum transtulit in *Saganum* domum lapideam & ligneam, quæ ad commodum charissimi fratris nostri supra memorati constructa fuerat penes Ecclesiam Sanctæ *Mariæ* in civitate *Saganensi*, quam aptam & necessariam sensimus prædictis fratribus ibidem constitutis contulimus & dedimus, simul cum area nostra jure hæreditario in perpetuum possidendam, & ne quis impostero contra ordinationem nostram & Principis sæpius nominati fratris nostri *Pr.* fratres dictos Canonicos Regulares Deo in loco præfato fideliter servientes, qualicunque perturbatione audeat inquietare, præsentem paginam Sigilli nostri munimine fecimus communiri. Actum & Datum per manum fidelissimi Prothonotarii nostri Domini *Frizonis*, Anno Domini *MCC Nonagesimo nono*, quinto Idus Augusti. Præsentibus dilectis capellanis nostris Domino *Henrico* Præposito *Lubucensi* nec non Canonico Sancti *Johannis* majoris Ecclesiæ, Domino *Jacobo* de *Win*, Domino *Rudolpho* de *Ilavia* & Procuratore curiæ nostræ, militibus etiam nostris *Henrico* & *Henrico* fratribus dictis de *Ketbelitz*, *Nicolao* de *Wedrow*, *Derscone* *cobyła dona*, *Wolframo* de *Panwicz* & aliis quam pluribus fide dignis.



XXXVI.

**PETRUS ABBAS ARROASIENSIS FRAT-
RIBUS S. MARLÆ DE SAGANO LICEN-
TIAM NON COMPARENDI IN CAPITULO
GENERALI ET USUM PELLIIUM CON-
CEDIT.**

Petrus Dei & Apostolicæ sedis providentia Mona-
sterii sancti *Nicolai* in *Arroasia* ordinis sancti
Augustini Attrebatensis Diœcesis, totiusque ordi-
nis Arroasiensis Pater Abbas. . Dilectis nobis in
Christo Fratribus Abbati & Conventui Canonico-
rum Regularium Monasterii Sanctæ *Mariæ* in *Sa-
gano* Wratislaviensis diœcesis & nostri Arroasiensis
Ordinis, salutem & vinculum indissolubile frater-
nitatis. Visis litteris ex parte vestra nobis & diffi-
nitoribus Capituli nostri ordinis directis, in eisquę
excusationibus pro parte vestra de non veniendo
ad nostrum Generale Capitulum totius ordinis no-
stri prædicti, allegatis, significamus vobis propter
querras, in partibus nostris undique confluentes,
dictum nostrum Generale Capitulum præsentis an-
no, minime celebraturum; Quia tamen vestris pe-
titionibus, in quantum Deo dante possumus, affe-
ctu paterno volumus declinare, de non veniendo
ad nostrum Generale Capitulum, de cætero à data
præsentium usque ad decennium licentiam vobis fa-
vorabiliter, auctoritate paterna impertimur; Sal-
vo tamen, quod nobis, Generalique nostro Capitu-
lo & ordini, in aliquo præjudicium, minimè quo-
quo

quo modo generetur; Præterea ad Requestam, ex parte vestra, nobis & diffinitoribus prædicti nostri ordinis per vestras litteras, nobis factam super usu pellium sylvestrium, tam in almutiis facies, quam in usibus aliis, sic duximus respondendum; videlicet, quod circa aliqua ordinis nostri, ex antiquo statuta, absque diffinitorum ordinis nostri prædicti consilio, non consuevimus, nec intendimus aliquid de novo immutare. Verum ut de pellibus sylvestrium animalium, notabilibus tamen exceptis in almutiis, cæterisque Usibus vestris juxta morem bonorum Religiosorum in finibus vestris constitutorum, absque nostri ordinis scandalo uti valeatis, permittimus generosè donec aliis per dictum nostrum Generale Capitulum, Deo dante, contingerit super hoc plenius ordinari. Datum in nostro Arrosiensi Monasterio, sub proprio Sigillo nostro Anno Domini Millesimo CCC, quinquagesimo octavo die IX kl octobris.

XXXVII.

BULLA CONCILII BASILEENSIS CONSERVATORIA PRO MONASTERIO SAGANENSI.

Sacrosancta Generalis *Synodus Basileensis* in Spiritu Sancto legitime congregata Universalem Ecclesiam representans Venerabilibus *Poznaniensi & Lubucensi* Episcopis ac dilecto Ecclesiæ filio . . . Decano Ecclesiæ *Wratlaviensis* Salutem & Omni-
po-



potentis Dei benedictionem. Ad compescendos
 conatus nefarios perverforum qui personas & loca
 ecclesiastica super bonis & juribus suis offendere,
 ac multiplicibus perturbare molestiis non verentur,
 tanto magis per nos decet opportuno remedio
 providere, quanto per amplius turbationes hujusmodi
 & molestiae in Divinae Majestatis offensam,
 nec non ecclesiasticae libertatis redundare dispendium
 dignoscuntur. Dudum si quidem cum in diversis
 mundi partibus Consules Civitatum & Rectores,
 nec non alii qui potestatem habere videbantur,
 tot onera frequenter imponerent ecclesiis,
 ut deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium
 videretur, quam sub Pharaone fuisset qui legis
 divinae notitiam non habebat, quique omnibus aliis
 fervituti subjectis Sacerdotes & possessiones eorum
 in pristina libertate dimisit, & de publico eis alimonia
 ministravit, in Concilio Lateranensi Ecclesiae
 immunitati providendo sub anathematis distributione
 prohibitum existit, nec consules, Rectores
 aut alii praedicti ecclesias & viros ecclesiasticos Tal-
 liis seu collectis aut exactionibus aliis aggravare
 praesumerent, transgressores & fautores eorum
 praecipiendo anathematis sententiae subiacere, donec
 satisfactionem impenderent competentem. Et
 etiam deinde in Generali Concilio editum fuerit,
 quod si Episcopi forte simul cum Clericis etiam si
 tantam necessitatem vel utilitatem inspicerent, ut
 absque ulla coactione ad relevandas communes
 utilitates vel necessitates ubi laicorum non sup-
 terent facultates, subsidia per ecclesias laicis duce-
 rent,



rent concedenda, minimè super hoc consulto Romano Pontifice, concessionès & sententiæ quæ à talibus vel de ipsorum mandato forent promulgatæ, essent irritæ, & inanes, nullo unquam tempore valituræ, ac etiam in ipso Generali concilio decretum extitit, illum qui infra tempus sui regiminis propter fractionem Constitutionum vel Sanctionum hujusmodi sustinerent anathema tanquam post illud non esset ad satisfactionis debitum compellendus, nec non ipsius successorem, qui non satisfaceret infra mentem, manere ecclesiastica censura conclusum, donec satisfaceret competenter cum succederet in onere qui substitueretur in honore. Postmodum verò felicitis recordationis *Honorius* Papa tertius Romanus Pontifex attente considerans, quod quondam *Fredericus Secundus* olim Romanus Imperator, tunc sub obedientia & devotione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ persistens, ad laudem ejusdem Ecclesiæ, & Sacri decus Romani Imperii, cupiens ut expurgatis quorundam erroribus, & iniquis statutis penitus destitutis, de cætero Ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ plena vigerent quiete & securâ libertate gauderent, ac piè & juste, attendens, quod quorundam perversorum iniquitas adeo abundaverat, ut non dubitarent contra ecclesiasticam disciplinam, & sacros canones statuta sua infringere adversus ecclesiasticas personas & ecclesiasticam libertatem, edictali lege hujusmodi statuta iniqua irritaverat, & præceperat irrita nuntiari & omnia statuta & consue-

tu-



tudines, quæ civitates & loca, potestas & Consules, aut quæcunque aliæ personæ contra libertatem ecclesiæ vel personas ecclesiasticas, ac bona hujusmodi edere, aut servare tentarent, contra canonicas vel imperiales sanctiones, de ipsorum capitularibus infra duos menses post ipsius legis publicationem penitus aboleri facerent, & si de cætero talia attentarent, illa ipso jure decrevit esse nulla, & eos sua jurisdictione privatos; Nec non locum ubi talia deinceps præsumpta fuissent, banno mille Marcharum auri Fisco imperiali præceperat subjacere. Potestates vero, Consules, statutarii & scriptores statutorum prædictorum, nec non consiliarii locorum ipsorum, qui secundum statuta & consuetudines memorata judicarent, ex tunc essent ipso jure infames, quorum sententias & actus legitimos statuerat aliquantulum non tenere. Quodque si per annum præfatarum Constitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum imperium suum mandavit impune ab omnibus occupari, salvo nihilominus aliis pœnis contra tales in ejusdem generalibus Conciliis promulgatis. Et insuper voluit idem tunc Imperator quod nulla communitas, vel persona publica seu privata collectas seu Exactiones, Angarias vel perangarias ecclesiis vel aliis piis locis aut Ecclesiasticis personis hujusmodi imponere, seu invadere ecclesiastica bona præsumerent, quod si secus faceret & requisita ab ecclesia, vel imperio hujusmodi emendare contemneret, tripliciter refunderet, & nihilominus banno speciali subjaceret, quæ sine satisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuerat insuper quod



quod quæcunque communitas vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiæ violatam persisteret ipso jure similiter dicto banno Imperiali subjaceret, à quo nullatenus extraheretur nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento. Et insuper ordinaverat ut nullus ecclesiasticam personam in criminali Quæstione, vel civili ad iudicium sæculare trahere præsumeret contra easdem canonicas Sanctiones & constitutiones imperiales, quod si secus faceret actor à suo jure caderet, & iudicatum non teneret, & Judex foret ex tunc iudicandi auctoritate privatus, quodque iudices temporales, qui clericis & personis ecclesiasticis justitiam denegare præsumerent, tertio requisiti suam jurisdictionem admitterent, constitutionem ipsam de consilio etiam fratrum suorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium qui tunc erant auctoritate apostolica approbans & confirmans ipsam mandavit inviolabiliter observari. Nec non statutarios & scriptores ac violatores prædictos excommunicatos eadem auctoritate nuntiari, & deinde ad audientiam divæ memoriæ Caroli quarti etiam Romanorum Imperatoris semper Augusti deducto, quod nonnullæ sæculares in potestatibus & officiis publicis constitutæ, videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones Milites & alii Domini temporales, nec non consules Civitatum, oppidorum, villarum, & locorum Rectores in diversis provinciis ejusdem imperii Dei timore postposito statuta singularia, & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra ipsas personas eccle-



elefiasticas & ecclefiarum libertates & eorum privilegia conliderant, illi que de facto & publice utebantur contra Canonicas & legitimas sanctiones, utpote quod nulla bona temporalia in potestatem ecclefiasticam transferentur & ne clerici in facris ordinibus constituti ad agendum & testificandum in civilibus, & maximè in piis causis aliquatenus admitterentur, quodque excommunicati & publice denunciati Laici in civili foro minime repellentur. Et insuper prædicti Domini temporales Consules & Rectores per sæcularem potestatem res & bona Clericorum occuparent, arrestarent & oblationes Christi fidelium minuerent atque restringerent exactiones & lallias in debitas de bonis & redditibus ecclefiarum exigerent & extorquerent possessiones ecclefiarum & personarum ecclefiasticarum earundem devastarent incendiis & rapinis. Contractus inter Clericos & Laicos factos legitimè ad libros Civitatum, villarum & locorum prædictorum inscribere & sigillare recusarent, donataque, & legata ad fabricas & ecclefiarum estructuras contra Prælatorum voluntatem, & aliorum quorum intererat temerè usurpare præsumerent ac in fraudem & odium clericorum de bonis etiam & rebus eorundem clericorum, quæ non causam negotiationum, sed pro eorum propriis usibus per eorum terras ducebant, seu duci faciebant, Telonium exigere & recipere non verebantur; Et confugientes ad ecclesias & earum cœmiteria deinde extrahere contra Canonicas & imperiales Sanctiones hujusmodi præsumperant & præsumebant; Item *Carolus*

Is Imperator tanquam christianissimus Princeps, volens in præmissis providere de remedio salutari, etiam de quorundam Ducum, Principum, Comitum, Baronum, Militum, fideliumque aliorum sacri Imperii sæpedicti consilio auctoritate imperiali, quæcunque statuta, ac consuetudines prædicta, tanquam per canonicas, & civiles Sanctiones expressè reprobata, cassavit, irritavit, annullavit, ac cassa, irrita, nullius esse voluit roboris vel momenti; præcipiens sub imperialis banni pœna universis & singulis Principibus & Dominis temporalibus, consulibus, potestatibus & aliis in officiis publicis, in eodem imperio constitutis, quatenus ex tunc ipsorum statuta & ordinationes, sicut in præjudicium ecclesiasticæ libertatis edita fuerant, omnino revocarent, & de luce tollerent, quodque secundum ea non judicarent amplius, nec sententias dictarent, aut de eisdem in judicio vel extra judicium quomodolibet pro se & contra ecclesiasticam libertatem potirentur. Pronuntiavit insuper & eadem decrevit auctoritate quod quicumque laicus cujuscunque status aut conditionis existeret ausu sacrilego & propriæ temeritatis audacia, sacerdotem vel clericum sæcularem, vel religiosum, diffidaret, proscriberet, captivaret, spoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, vel hujusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaret, vel eis favorem præstaret, præter pœnas à sacris canonibus & legalibus sanctionibus inales inflictas, eo ipso redderetur infamis, & omni honore privatus, nec ad placita vel consilia nobi-



lium admitteretur quovis modo. Hortans insuper in Domino & requirens ecclesiasticos Prælatos in illis partibus in quibus committerentur talia, constitutos, ut legem imperialem hujusmodi per eorum ecclesias & Synodos publicarent, ne transgressores hujusmodi per simulatam ignorantiam suam valerent in hac parte malitiam excusare, prout in constitutionibus & sanctionibus conciliorum, & Honorii prædictorum, ac imperialibus præfatis plenius continetur. Cum autem sicut lamentabili quærela dilectorum ecclesiæ filiorum Abbatis & Conventus monasterii faganensis ordinis Sancti *Augustini* Wratislaviensis diocesis nuper accepimus nonnulli Principes, Duces, Comites, Barones, & aliæ singulares potestates earundem constitutionum & sanctionum canonicarum & legalium forsan ignari contra ipsas, ab Abbate & conventu prædictis ac ipsius monasterii personis, vasallis & subditis forsan tallias & gabellas, ac alias exactiones illicitas hætenus extorserint & adhuc extorquere nitantur, ac etiam bona Abbatis, Conventus & monasterii prædictorum invaserint, arrestaverint, occupaverint & detinuerint, & suis usibus applicaverint, nec non occupare, invadere, arrestare, detinere & eisdem suis usibus de facto applicare, similiter de facto præsumant in animarum suarum periculum, ac Abbatis & Conventus prædictorum non modicum præjudicium atque damnum. Nos in præmissis eisdem Abbati & Conventui opportunè providere volentes discretioni vestræ in virtute Sanctæ obedientiæ tenore præ-



præsentium districtè præcipiendo mandamus quatenus vos & duo, aut unus vestrum per vos vel alium seu alios Abbati & Conventui præfatis contra quoscunque transgressores & violatores Constitutionum & Sanctionum earundem cujuscunque status, dignitatis & excellentiæ fuerint, efficacis defensionis auxilio assistentes, non permittatis eos contra canonicas & legales constitutiones & Sanctiones, ubi & quando expedire videritis solenniter publicantes faciatis violatores & transgressores hujusmodi si & prout justum fuerit, ac ubi & quoties expedierit tam diu excommunicatos & anathematizatos publicè nuntiari, donec ab earundem talliarum, collectarum, & impositionum & quarumlibet extorsionum, nec non bonorum Abbatis & Conventus prædictorum invasione arrestatione, occupatione, detentione & applicatione omnino desistant, nec non efficaciter restituant eisdem Abbati & conventui occasione præmissorum per eos læsis seu gravatis, tallias, gabellas & exactiones ipsas, ac etiam bona Abbatis, Conventus, & monasterii prædictorum, arrestata, occupata, detenta, & applicata ipsis, aut quæ per se vel alios illo prætextu quomodolibet receperint; imò verius temerè & illicitè usurparunt à se liberè omnino relaxent, ac in manibus vestris juraverint, quod de cætero talia non comittant, & ea committentibus non præsent auxilium, consilium & favorem, Contradiçtores per censuram ecclesiasticam, ac alia juris opportuna remedia compescendo.



Invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio bra-
 ohii sæcularis. Cæterum si forsan hujusmodi trans-
 gressorum, aut violatorum, vel ea fieri mandan-
 tum, ipsisque consentientium seu dantium in illis
 per se vel alios, directè, vel indirectè, publice vel
 occulte auxilium consilium, vel favorem, præsen-
 tia, pro monitionibus & requisitionibus per vos de
 ipsis faciendis, tutè commodè, vel securè nequiret
 haberi. Nos vobis monitiones, & requisitiones
 hujusmodi ac citationes quaslibet, per edicta pu-
 blica locis affigenda publicis de quibus sit verifimi-
 lis conjectura quod ad noticiam citatorum, & mo-
 nitorum hujusmodi pervenire valeant faciendi, ple-
 nam & liberam concedimus tenore præsentium po-
 testatem.

Volentes quod monitiones, requisitiones, & ci-
 tationes hujusmodi, perinde ipsos citatos requisi-
 tos & monitos, ut præmittitur, arcent ac si eis fa-
 ctæ, & insinuatæ præsentialiter, & personaliter ex-
 titissent. Non obstantibus tamen, piæ memoriæ
Bonifacii Papæ Oëtavi, quibus cavetur ne aliquis
 extra suam Civitatem vel diocæsim nisi in certis
 exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fi-
 ne suæ diocæsis ad judicium evocetur, seu ne judi-
 ces extra Civitatem & diocæsim in quibus deputa-
 ti fuerint contra quoscunque præcedere, aut alii
 aut aliis suas vices committere, seu aliquos ultra
 unam dietam à fine diocæsis earundem trahere præ-
 sumant, dum modo ultra duas dietas aliquis aucto-
 ritate præsentium non traheretur ac de personis
 ultra certum numerum ad judicium non vocandis,
 quam



quam aliis constitutionibus apostolicis contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel divisim à sede apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Præterea volumus & decernimus quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento præpeditus, quodque a dato præsentium sit vobis & unicuique vestrum in præmissis omnibus & singulis ceptis & non ceptis præsentibus & futuris perpetua potestas aut iurisdictionis attributa, ut eo vigore, atque firmitate possitis in præmissis ceptis & non ceptis, præsentibus & futuris, etiam perpetuis & futuris temporibus pro prædictis procedere, ac si præmissa omnia & singula coram vobis cepta fuissent & iurisdictionis vestra & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimè existissent. Constitutionibus Apostolicis & iuribus in contrarium editis non obstantibus quibuscunque. Datum *Basilea* VII Kl. Octobris. Anno à Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo tertio.



XXXVIII.

**EADEM SYNODUS SAGANENSES
EXIMIT AB EXACTIONIBUS, EORUM-
QUE CONFIRMAT PRIVILEGIA.**

Sacro Sancta Generalis *Basileensis* Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans. Dilectis Ecclesiæ filiis, Abbati & Conventui monasterii Beatæ Mariæ Saganensis Ordinis Sancti *Augustini* Canonicorum Regularium Wratislaviensis diocesis salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Cum à vobis petitur quod justum est & honestum tam vigore æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem nostram ad debitum perducatur effectum; Ea propter dilecti Ecclesiæ filii vestris justis supplicationibus grato concurrentes assensu omnes libertates & immunitates à summis vel Romanis Pontificibus sive per privilegia aut alias indulgentias vobis & monasterio concessis nec non libertates exemptiones sæcularium exactionum à Regibus & Principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & dicto monasterio vestro indultas, sicut ea justè & pacificè possidetis vobis & per vos eidem monasterio vestro auctoritate nostra confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei ac universalis Ecclesiæ se noverit incursum. Datum *Basilea* XVIII Kl.

May

❦

167

May Anno à Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo trigesimo quarto.

XXXVIII.

BULLA PII II. PP. CONTRA GEORGIUM BOHEMIÆ REGEM HÆRESI FAVENTEM.

Pius Episcopus servus servorum Dei universis Christi fidelibus salutem & Apostolicam benedictionem. Cogit nos gregis Dominici insufficientibus humeris cura imposita, ut tanto propensiori studio in hæreticæ pravitatis erroribus extirpandis invigilemus, quanto illi per humani generis inimici fallacias astutiùs etiam sub religionis specie cordibus mortalium immissi plures trahere poterunt in gehennam. Dudum siquidem Inelitum Bohemiæ regnum, quod Christianum & fidelem habere consuevit, ad hanc perniciosam *Jacobelli* & suorum sequacium in aliquibus partibus Husitarum nuncupatam hæreticam pravitatem pro magna ejus parte prolapsam, ut Communionem Eucharistiæ Sacramenti sub utraque specie vini videlicet & panis quo ad laicos & non conficientes de necessitate fore æternæ salutis profiteretur. Cum propter obitum felicitis recordationis, quondam *Ladislai* novissimè rege careret *Georgium de Podabrad* sibi regem elegerit, qui dum se catholicum affirmasset postmodum coronationis reciperet insignia, licet in venerabilium fratrum nostrorum *Jawriensis* & *Wacien-*



sis Episcoporum, ac nonnullorum aliorum ecclesiasticorum & sæcularium virorum notabilium manibus tactis per eum corporaliter Sacramentis evangelicis publicè & sponte promiserit, sponponderit, pollicitusque fuerit, atque juraverit, quod deinceps fidelis & obediens esset sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & illius pro tempore Pontificibus, eisque obedientiam & conformitatem more aliorum Catholicorum & Christianorum regum in unitate orthodoxæ fidei, quam ipsa sancta Romana Catholica Ecclesia confitetur prædicat ac tenet, fideliter observaret, ac deinceps fidem & Ecclesiam ipsam protegeret, atque tueretur & defenderet, & populum sibi subiectum ab omnibus erroribus, sectis & hæresibus ac articulis ipsi Ecclesiæ ac fidei Catholicæ contrariis, revocaret & averteret, nec non Catholice fidei observantiam ac obedientiam, conformitatem, unionem, ritum, cultumque ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ reducere & restituere in dicto regno, licetque etiam dictus *Georgius* deinde per dilectum filium Joannem de Rabenstein Notarium nostrum ejus ad nos Oratorem pro se ejus conthorali & liberis pollicitaretur, ut præcepta nostra reverenter susciperet & eis obsequeretur, ac deinde cum se hujuscemodi juramento astrinxisset ac obligasset per charissimum filium *Fridericum* Romanorum Imperatorem Illustrem ut talis existit confirmatus, nihilominus cum ipse *Georgius* his omnibus facta contraria ageret publicaque & continuata fama, adversus ipsum laboraret, quod contra



tra tam solenniter factas suas promissiones, & jurandum dictam hæreticorum sectam foveret & amplecteretur, Dilecti filii Clerus Capitanei Consules & communitas Wratislavienses ac oppida Namslaviensis, tanquam Catholici & veri Christi fideles eundem *Georgium* pro rege recipere, sibi que homagium præstare debite recusarunt propter quod *Georgius* ipse bello illos impugnare tentavit. Nos tunc de his certam notitiam habentes ut tantis incommodis repagulo essemus, dictumque *Georgium* ac ipsum Inclitum Bohemiæ Regnum ad veram obedientiam & unionem Apostolicæ sedis & sanctæ ipsius Romanæ Ecclesiæ reducere possemus, venerabilem fratrem nostrum *Hyronimum* Archiepiscopum Cretensem & dilectum filium sacræ Theologiæ Professore *Franciscum* de *Toledo* tunc Archidiaconum de *Astigia* in Ecclesia Hispolensi, Oratores nostros ad partes illas misimus & tandem hujus homagii suspensio ad triennium & unum mensem per eos facta extitit, verum duobus deinde annis decursis, cum idem *Georgius* nil de hujusmodi juratis per eum & promissis se facturum ostenderet, nos tantæ rei moram esse periculosam censentes, præfatum *Georgium* ut promissionibus & jurejurando suis præactis satisfaceret, regnumque præfatum ad unionem Sanctæ Matris Ecclesiæ rediret, per certum nuntium nostrum iterum fecimus sollicitari, sic demum *Georgius* ipse transacto post unius anni spatio, solennes ad nos Oratores transmittens nobis obedientiam præstitit verbalem, ut prius, sed non realem, sui & regni in unitate fidei & ritus



tus communionis, quam juxta juramentum & promissiones ante dictas exspectabamus, eumque tunc propriis suis Oratoribus hortati, pro hujus rei finali consummatione & ut dimissa vesania sua atque hæretica præsumptione super articulo communionis hujusmodi ipse cum regno Bohemiæ se nobis & Ecclesiæ sanctæ atque aliis regnis conformaret, Dilectum filium *Fantinum de Valle* utriusque juris doctorem ad eundem *Georgium* Regnum & Marchionatum Moraviæ ac vicina ejus dominia transmisimus, qui sibi per nos injuncta fideliter in conventu, ob id per dictum *Georgium* in festo Sancti *Laurentii* proximè elapso indicto coram Prælatibus Magnatibus & aliis multis explevit. Idem tamen *Georgius* Satanæ laqueis ligatus in sua pertinacia obstinatus permansit. Nam publicè inibi cum ejus conthorali sibi consedente in Prælatorum Procerum & Magnatum præsentia, postquam ut intelleximus in Nos & Sanctam sedem Apostolicam Ecclesiam fidelium Matrem multis detractionibus & blasphemis ore polluto & impudicis labiis inveherat etiam proferre veritus non est, hæc vel in effectu similia verba, videlicet, ut nemo deinceps de fide & religione mea, conjugis & liberorum meorum dubius existat; Nunc palam ac publicè profiteor charissimos parentes meos in hac veritate communionis calicis utriusque speciei mortuos esse, meque in ea natum, educatum, atque usque in tempora vixisse, vivereque & mori velle cum uxore & liberis meis afferens, communionem illam de necessitate salutis, adjecit Deo magis, quam hominibus esse parendum, nec his contentus, sed etiam præ-

fa-



fatum *Fantimum* Oratorem nostrum post factam per eum confutationem, assertorum compactorum super communione prædicta postque erroris illius declarationem & propositionem eorum, quæ ipse orator noster à nobis habuit in mandatis, sacrilegè in eum manus injecit & turpiter durissimis carceribus mancipavit in Dei hujus sanctæ Sedis & Romanæ Ecclesiæ opprobrium atque nobis qui licet immeriti Christi vices in terris gerimus in vilipendium & contemptum. Nos autem qui nobis factam injuriam nihil pendimus, Dei tamen & Ecclesiæ suæ offensam vindicare tenemur, sic in præmissis debite animadvertere volentes, ne error sævissimus arma habens sub religionis specie amplius serpere valeat, & ne fideles Christi per subjectionem dicti Georgii ejus erroribus valeant maculari, nuper proprio motu ex certa nostra scientia fidelium prospicientes salutem, Dictos clerum, Capitaneos, Consules & Communitatem Wratislavienses nec non oppidi Namslaviensis ab observatione concordie prædictæ auctoritate oratorum nostrorum conclusæ, omniumque dependentium & connexorum etiam si ejus vigore ad homagium præstandum tenerentur, absolvimus & absolutos fore declaravimus, ut alii nostris litteris continetur, quarum tenores volumus præsentibus habere pro expresso & quamvis quidem charissimus filius noster *Fridericus* Imperator ac Nobilis vir *Ludovicus* Baviaræ Dux, Illustres, præmissa sentientes, nobis supplicarunt, ut ab ulteriori processu contra dictum *Georgium* ad tempus ob certas causas abstinere, seu jam
fa-



factos processus suspendere vellemus, cum dictum *Georgium* ad Ecclesia Gremium rediturum sperarent. Nos eorundem & præsertim Imperatoris precibus inclinati ab ulterioribus processibus adversus ipsum *Georgium* decernendis usque, in præsens distulimus; sed cum iterum post hæc dictus *Georgius* per alium nostrum nuntium exhortatus, ad cor redire erroresque suos dimittere & ad Ecclesiam Catholicam reverti, & se illius ritui conformare non curavit, nec curat, nihilque nobis spei de hoc per Imperatorem aut Ducem prædictos hætenus allatum sit, considerantes debitum officii nostri fore hæreses extirpare & Christi fideles in observantia, ritu, & orthodoxa fide Sanctæ Romanæ Ecclesiæ confirmare; Ne igitur *Georgius* ipse ejus venenum liberius effunderet, ac dictos Clerum, Capitaneos, Consules & Communitatem, Wratislavienses, ac Oppidum Namslaviense quovis modo opprimeret, contra nostram ac hujus Apostolicæ sedis prohibitionem, vigore dictæ concordiæ ad homagium & quævis alia præstanda inducere & compellere possit, motu proprio & ex certa nostra scientia nostroque mero officio non ad eorum seu alterius pro eis oblata nobis petitionis instantiam Clerum, Capitaneos, Consules Communitatem, Wratislavienses, ac Oppidum Namslaviense præfatos, sub nostra & Apostolicæ sedis protectione usque ad nostram, & ejusdem sedis beneplacitum suscepimus, suscipimusque per præsentem inhibendo Apostolica auctoritate, dicto *Georgio*, nec non Ducibus, Marchionibus, Nobilibus, Communitatibus & cæteris quibuscunque ipsi *Georgio* ad-

hæ-



hærentibus & complicibus, sive subditis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam in his scriptis ferimus, ne de se Clero, Capitaneis, Consulibus communitate & oppido prædictis contra nostram hujusmodi prohibitionem quovis modo intromittant ac ipsos in rebus seu bonis suis impediant, directè vel indirectè impediant seu bello disturbent aut ei & suis adhærentibus aliquem favorem aut loci receptionis receptaculum contra eos præbeant, nec etiam prædicantes contra præfatam sectam impediant, quin imò harum serie hortamur in virtute sanctæ obedientiæ per viscera misericordiæ *Jesu Christi* requirimus omnes & singulos charissimos Reges Christianos & dilectos filios, Nobiles viros Duces Marchiones, Barones, Milites, Militares, Nobiles communitates & oppidanos cæteros quoscunque Bohemiæ regni & Marchionatus Moraviæ Catholicos ac Silesiæ & Lausatiæ incolas, & alios quoscunque quatenus dictis Clero Capitaneis, Consulibus Communitati & oppido, omni potentia auxilio & favore assistant, nec permittant eos per dictum *Georgium*, aut alium ad homagii præstationem compelli, seu aliàs indebitè vexari seu oppugnari contra auctoritatem nostram sub penis etiam censuris in aliis nostris litteris contentis, quos contrarium facientes incurrere volumus ipso facto, juramento fidelitatis seu homagii, dicto *Georgio* vel quibusvis aliis præstito non obstantibus, cum eos tenore præsentium vigore dicti homagii, quorum nobis in præmissis obediant minimè teneri declaramus, aut si aliquibus sit à sede prædicta indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari



nicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam de indulto hujusmodi mentionem cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, & quia difficile foret has nostras Apostolicas litteras ad omnia ubi de illis fortè necesse fuerit loca referri ideo volumus & dicta auctoritate decernimus, quod earum transumpto sigillo alicujus Prælati sive judicis ecclesiastici cum subscriptione Notarii Publici sigillato, ubique etiam in judicio stetur & fides adhibeatur, ac si præsentibus nostræ originales litteræ exhiberentur. Datum *Romæ* apud *S. Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo tertio. quarto Kl. Aprilis Pontificatus nostri Anno quinto. *Pius* Episcopus Servus Servorum Dei venerabilibus fratribus Cretensi ad regnum Poloniæ terrasque Silesiæ & Prussiæ nuntio & Oratori sedis Apostolicæ ac Gnesnensi Archiepiscopo Salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie motu proprio, ex justis ac fidem Catholicam concernentibus causis, dilectos filios, Clerum, Capitaneos, Consules, Communitatem, Wratislavienses, ac universitatem oppidi Namslaviensis, ab homagio præstando *Georgio de Podabrad* ad nostrum & sedis Apostolicæ beneplacitum, absolutos fore declaravimus, ac eos in nostram & sedis apostolicæ protectionem suscepimus mandantes singulis Christi fidelibus cujuscunque status seu gradus existant, sub pœnis & censuris ecclesiasticis ne præfato *Georgio* contra *Wratislavienses* & *Namslavienses* vigore dicti homagii
 auxi-



auxilium favorem & consilium præsent. Quin imo eis tanquam catholicis & Sanctæ Matri Romanæ Ecclesiæ obedientissimis omni consilio favore & potentia assistant, prout in nostris litteris desuper confectis plenius continetur. Quo circa fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum si & postquam dictæ litteræ vobis præsentatæ fuerint, per vos vel alium seu alios ipsas litteras ac omnia & singula in illis contenta in dicti regni ac aliarum partium vicinarum ecclesiis, dominicis & festivis, cæterisque diebus quando & quoties vobis videbitur solenniter publicetis & exponatis seu publicari exponi faciatis ut melius & clarius intelligatur ab omnibus etiam in vulgari & nihil ominis quaslibet personas quas excommunicationis sententiam occasione contraveniendi litteris prædictis vobis incurrisse constiterit, quoties vobis opportunum esse videbitur, tam diu dominicis festivisque diebus in ecclesiis, dum major inibi populi multitudo conveniret ad divina excommunicatas publicè nunciatis faciatisque ab aliis nuntiari & omnibus arētius evitari, donec à contraveniendo destiterint & litteris prædictis obedierint, ipsæque personæ excommunicatæ ab hujusmodi excommunicationis sententia absolutionis beneficium meruerint obtinere non obstantibus omnibus illis, quæ in præfatis litteris volumus non obstare aut si dictis personis vel quibusvis aliis comamuniter vel divisim à dicta sit sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de

in-



indulto hujusmodi mentionem, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione posthabita comescendo. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, quarto Kl. Aprilis Pontificatus nostri quinto.

XL.

SIXTI IV. PROTECTORIUM SAGANENSIBUS CONCESSUM.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei venerabilibus fratribus Misnensi & Pofnaniensi Episcopis ac dilecto filio Abbati Monasterii Sancti Vincentii Ordinis præmonstratensis extra muros Wratislavienses salutem & apostolicam benedictionem. Militanti Ecclesiæ licet immeriti disponente Domino præsidentes circa curam Ecclesiarum & monasteriorum omnium solertia reddimur indefessa solliciti, ut juxta debitum Pastoralis officii eorum occurramus dispendiis & profectibus, divina cooperante clementia salubriter intendamus. Sane dilectorum filiorum Abbatis & Conventus monasterii in Sagano Ordinis Sancti *Augustini* Wratislaviensis Diœcesis & eorum familiarium conquestione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, aliique Ecclesiarum Prælati & Clerici ac ecclesiasticæ personæ, tam religiosæ, quam sæculares, nec non Duces Marchiones, Comites, Barones, Nobiles,

biles, Milites & Laici, Communia Civitatum, Universitatis Oppidorum, Castrorum, Villarum & aliorum locorum, & aliæ singulares personæ Civitatum & diœcesis ac aliarum partium diversarum, occuparunt moouoomou & occupari fecerunt, castra, villas & alia loca, terras, domos possessiones, jura & jurisdictiones, nec non fructus, census, redditus & proventus dicti monasterii & nonnulla alia bona, mobilia & immobilia, spiritualia & temporalia, ad Abbatem, conventum & familiares ac monasterium prædicta spectantia, & ea detinent, indebite occupata, seu ea detinentibus, præstant auxilium, consilium, vel favorem nonnulli etiam Civitatum, diœcesis, & partium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, eisdem Abbati, Conventui, familiaribus & monasterio super prædictis Castris, Villis & locis & aliis terris domibus, possessionibus juribus & jurisdictionibus, fructibus censibus redditibus & proventibus eorundem, & quibuscunque aliis bonis, mobilibus & immobilibus, spiritualibus & temporalibus & aliis rebus ad eosdem Abbatem, Conventum, & familiares, ac Monasterium spectantibus multiplices molestias & injurias inferunt, ac jacturas. Quare dicti Abbas Conventus & familiares nobis humiliter supplicarunt ut cum eisdem valde reddatur difficilè pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adversus occupatores detentores, præsumptores, molestatos, & injuriatores hujusmodi, illo



volentes eisdem Abbati Conventui & familiaribus remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, & aliis aditus committendi similia præcludatur, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut unus vestrum, per vos vel alium, seu alios etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis Conservatores, & Judices præfatis Abbati Conventui, & familiaribus efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis eosdem, super his, & quibuslibet aliis bonis, & juribus ad Abbatem, Conventum familiares, ac Monasterium prædicta, spectantibus ab eisdem, vel quibuslibet aliis indebitè molestari, vel eis gravamina, seu damna vel injurias irrogari, facturi dictis Abbati Conventui & familiaribus, eum ab eis vel procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti, de prædictis & aliis personis quibuslibet super restitutione, hujusmodi Castorum, Villarum, terrarum, & aliorum locorum, jurisdictionum, jurium, & bonorum, mobilium & immobilium, reddituum quoque ac proventuum, & aliorum quorumcunque bonorum, nec non de quibuslibet molestiis injuriis atque damnis, præsentibus & futuris, in illis videlicet, quæ judiciale requirunt indaginem, summarie & de plano, sine strepitu, & figura judicii, In aliis vero prout qualitas eorum exigerit, justitiæ complementum Occupatores, seu detentores, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles, cujuscunque digni-

dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existierint, quandocunque & quotiescunque expedierit auctoritate nostra, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus tam felicitis recordationis *Bonifacii* Papæ *VIII* prædecessoris nostri, in quibus cavetur ne aliquis extra suam civitatem & diœcesim, nisi in certis exceptis casibus & in illis ultra unam dietam, à fine suæ diœcesis, ad iudicium evocetur, seu ne iudices & conservatores à sede deputati prædicta, extra civitatem & diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, seu alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam à fine diœcesis eorundem trahere præsumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, seu quod de aliis, quam de manifestis injuriis & violentiis, & aliis, quæ iudicalem requirunt indaginem pœnis in eos si secus egerint, & in id procurantes adjectis conservatores se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscunque Constitutionibus, à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus tam de iudicibus, Delegatis & conservatoribus quam personis, ultra certum numerum ad iudicium non vocandis aut aliis editis, quæ nostræ possent in hac parte iurisdictioni, aut potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter vel divisim à prædicta sit sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra



vel ultra certa loca, ad iudicium evocari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, & eorum personis, locis, ordinibus & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia indulgentia dictæ Sedis generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, nostræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, cuiusque toto tenore, de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Cæterum volumus, & apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum, pro se qui valeat articulum etiam per aliam inchoatum, quamvis idem inchoans, nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus, quodque à dato præsentium, sit vobis & unicuique vestrum in præmissis omnibus, & eorum singulis ceptis & non ceptis præsentibus & futuris perpetuata potestas & jurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in præmissis omnibus ceptis & non ceptis præsentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cepta fuissent, & jurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus & singulis per citationem, vel modum alium, perpetuata legitime existisset, constitutione prædicta super conservatoriis & alia qualibet in contrarium edita non obstante, præsentibus perpetuis futuris temporibus valiturus; Datum *Rome* apud Sanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringen-

gentesimo octuagesimo, quarto Idus Aprilis Pontificatus nostri Anno Nono.

XLI.

USUS MITRÆ ABBATI SAGANENSI CONCESSUS.

*A*lexander Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis *Paulo* Abbati & Conventui monasterii Saganensis ordinis Sancti *Augustini* Wratislaviensis diœcesis salutem & apostolicam benedictionem. Expoſcit veſtræ devotionis ſinceritas & religionis promoteretur honeſtas, quod tam vos, quos ſpeciali dilectione proſequimur quam monaſterium dignis honoribus attolamus. Cum itaque ſicut exhibitâ nobis nuper pro parte veſtra petitiô continebat monaſterium Saganenſe ordinis Sancti *Augustini* Wratislaviensis Diœceſis in quo plures Monachi de nobili genere procreati dictum ordinem expreſſe profeſſi nondum ad ſacros ordines promoti exiſtunt inter alia illarum partium monaſteria inſignè & famoſum exiſtat & à loci ordinario adeo diſtet quod illius monachi qui pro dictis ordinibus ſuſcipiendis ad Diœceſanum Episcopum accedunt antequam ad monaſterium ipſum revertantur sæpe ad aliqua loca minus licita ſe convertant eiſque vagandi occaſio præbeat ac pro benedicendis eccleſiaſticis ornamentis ad dictum Diœceſanum accedere admodum grave exiſtat, Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati ut tu fili *Paulè* & Succellor tuſ Abbates dicti monaſterii pro tempore exiſtentes



Mitra, Annulo Baculo, Sandaliis & aliis Pontificalibus insigniis uti ac quidem in dicto monasterio & Parrochialibus & aliis ecclesiis & locis dicto monasterio subjectis, quamvis illi pleno jure non subsint benedictionem solemnem Episcopalem post missarum vesperarum & matutinarum solemnia, dummodo aliquis Antistes vel Apostolicæ sedis legatus in hujusmodi benedictione præsens non fuerit largiri nec non vestes pallas & alia quæcunque ornamenta ecclesiastica ad divinum cultum in dicto monasterio & aliis locis subjectis hujusmodi necessaria, & quæ benedici consueverunt benedicere ac omnibus & singulis dicti monasterii monachis ad id idoneis ordines minores conferre possitis nec non monachis præfatis qui fuerint pro tempore ut à quocunque maluerint Catholico antistite gratiam & communionem dictæ sedis habente ad omnes etiam sacros ordines hujusmodi alias tamen ritè de tui **Fili Paule** & ipsius monasterii Abbatis pro tempore existentis licentia se promoveri facere eidemque Antistiti, ut eos ad hujusmodi ordines promoveri liberè & licitè valeant felicitis recordationis *Alexandri pp. IV.* Prædecessoris nostri quæ incipit **Abba-**tes & aliis quibuscunque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis & consuetudinibus monasterii & ordinis prædictorum juramento confirmatione Apostolica & quavis alia firmitate roboratis cæterisque contrariis nequaquam obstantibus auctoritate Apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri indulti infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si

Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo nonagesimo nono Decimo Kl. Julii Pontificatus nostri Anno septimo.

XLII.

LEO X. PP. SAGANENSIVM PRIVILEGIA CONFIRMAT.

Leo Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Abbati & Conventui Monasterii sanctæ *Mariæ* in Sagano Ordinis *S. Augustini* Canonico-regularium *Wratislaviensis* Diocesis salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras, & locum in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis & in futurum justis modis præstante Domino potentes adipisci, sub beati *Petri* protectione suscipimus, atque nostra, omnesque libertates & immunitates à prædecesso-



ribus nostris Romanis Pontificibus sive per privilegia indulta vel alias concessionibus nec non libertates & exemptiones sæcularium exactio-
 num à Regibus & principibus, ac aliis Christi fidelibus vobis & monasterio vestro rationabiliter indultis, specialiter autem decimas, primitias, Census, fructus, redditus & proventus, domos, terras, hortos vineas, campos, prata, pascua, nemora, sylvas, piscarias, aquarum decursus, molendina, possessiones, gratias, jura, jurisdictiones, ecclesias, præposituras videlicet in *Grünberg*, *Novocastro*, *Beuten*, Sancti *Spiritus* & in *Quilitz*, Prioratus, Vicarias, Capellas, oratoria, & alia pia loca eidem monasterio vestro perpetuo unita, annexa & incorporata & nonnulla alia mobilia & immobilia bona ad dictum monasterium legitime spectantia, sicut ea omnia jure & pacifice possidetis vobis & per vos monasterio vestro confirmamus & præsentis scripti patrocinio communitimus; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communitationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum *Rome* apud Sanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo vicesimo, septimo Kl. Aprilis. Pontificatus nostri Anno octavo.

XLIII.

LEO X. PP. PROTECTORES MONASTERII SAGANENSIS CONSTITUIT.

Leo Episcopus Servus Servorum Dei . . Venerabilibus fratribus Wratislaviensi & Lubicensi Episcopis ac dilecto filio Abbati monasterii in Paradiso Posnaniensis diocesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Dignum esse conspiciamus & necessarium arbitramur, ut hi favore sedis Apostolicæ foveantur, qui consanguineorum suorum spreto, affectione Deo, non hominibus præliantur, sane dilecti filii Abbas & Conventus Monasterii Beate Mariæ in Sagano Ordinis Sancti Augustini Canonorum Regularium Wratislaviensis Diocesis nobis exponere curarunt, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi & aliæ ecclesiasticæ personæ etiam diversorum ordinum existentes, ac Duces, Marchiones, & alii Domini temporales ac aliæ sæculares personæ debitam ad ipsos propter Deum reverentiam non habentes, eos in personis & rebus ipsorum præsumunt indebitè molestare, unde cum ordinarii Injuriatorum ipsorum eisdem Abbati & Conventui in justitia exhibenda se reddant interdum difficiles, & etiam negligentes, ipsisque nimis difficile ac dispendiosum existat, pro singulis querelis apostolicam sedem adire, nobis humiliter supplicari fecerunt, ut eis super his justitiæ ministerio subvenire paterna diligentia curaremus, quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus,



quatenus eisdem Abbati, & Conventui defensionis præsidio assistentes vocatis qui fuerint evocandi, exhibeatis ipsis cum ab eis fueritis requisiti de prædictis Injuriatoribus cujuscunque conditionis, ordinis seu dignitatis existant per viam judicii justitiæ complementum, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante si dictis Injuriatoribus à sede apostolica indultum existat, quod interdicti, suspendi vel excommunicari, seu extra vel ultra certa loca ad judicium trahi non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris existat, perquam præsentibus non expressam vel totaliter non insertam vestræ jurisdictionis explicatio valeat, in hac parte quomodolibet impediri, quæ quo ad hoc ipsis nolumus aliquatenus suffragari. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse duo aut unus vestrum ea nihilominus exequatur. Datum *Rome* apud Sanctum *Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo vicesimo sexto Kl. Aprilis Pontificatus nostri Anno octavo.





XLIV.

INSIGNIA ABBATI SAGANENSI P. T.
CONCESSA.

Nos *Augustinus Widerimus* ab *Ottersbach* SS. Theologiae & Philosophiae Doctor, Episcopatus Misnensis per utriusque Lusatiæ Marchionatum Infu-
latus & specialiter privilegiatus Administrator sacrae caesareæ nec non Regiæ Hungariæ & Bohemiæ
Majestatis in spiritualibus Commissarius generalis, Prothonotarius Apostolicus Sacri Palatii Lateranen-
sis aulaeque Caesareæ ac Imperialis Consistorii Comes, Collegiatae Budissinensis Decanus; Notum te-
statumque facimus ac firmam horum memoriam exstare volumus, quod sicut Romani strenuis mili-
tibus varias pro qualitate gestorum elargiti non modo sunt coronas, quibus perpetuo uti possent,
sed & singulares decreverunt prærogativas & honores, ita ut ludos adeuntibus etiam à Senatu ad-
surgeretur, jusque sedendi in proximo Senatui esset Plinio teste: & apud majores fortium virorum
Scuta, picta; inertium contra & Tyronum pura erant; non aliter & nos quoque Majorum Judicium
imitati, virtutis & pietatis laudem omnem in actione ipsa statuimus & licet illis, qui sic vivunt, ut in
omnibus illorum factis, expressa virtutis & pietatis simulacra apareant, externa nulla commenda-
tione opus esse arbitremur, commodè tamen & justè fieri existimamus talium laudes ab interitu vin-
dicandas, & ad posteros litterarum testimonio trans-
mit-



mittendas. Etsi enim virtus nullis suæ ipsius dignitatis sustentandæ causâ, externis egeat adminiculis, amat tamen ferri in oculis, amat esse in admiratione posteritatis, amat exstare illustres quasdam notas splendoris dignitatisque suæ, quibus illecti homines, tanto ardentius illi incumbant, quanto externo decore magis ipsam commendari intelligunt.

Quamobrem nos pariter eos, qui pietate & devotione vera instructi, vitiis fortiter oblucentes, Religionisque veræ negotium, quantum quidem in ipsis est, studiose promoventes, in castris sacræ militiæ degunt, non minori laude, quam sæculo militantes dignos censemus: ideoque muniti & instructi facultate & potestate, quam sacratissimus, Potentissimus & Inviétissimus Princeps & Dominus, Dominus *Rudolphus*, Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Rex &c. Archidux Austriæ, pietissimæ memoriæ, ob merita & servitia Majestati suæ, prædecessoribus parenti & avo Romanorum Imperatoribus felicissimæ itidem memoriæ, à majoribus nostris, maxime vero Domino Parente nostro piè defuncto, Majestatum suarum multos per annos Consiliario in commissis negotiis arduis præstita, singularique erga nos affectu, proprio motu, certa scientia, accedente consensu Illustrissimorum Sacri Romani Imperii Dominorum Consiliariorum, inter alias plures gratias, ut videlicet, iis quos dignè arbitraremur, Insignia & nobilitatis decus

con-



conferre possimus, clementer juxta tenorem Privilegii Cæsarei desuper conscripti nobis contulit, animo deliberato, motu proprio consideratis pietate, devotione dexteritate, omnique virtutum genere, quibus Reverendissimus in Christo Pater & Dominus Dominus *Nicolaus* ædis ac Cœnobii *B. Deiparæ* Virginis Canonicorum Regularium, quæ est in *Sagano*, Abbas dignissimus apud omnes inclaruit, eundem debito honore afficiendum, maxime verò ratione officii sui, sive Abbatiæ insignium ornamentis decorandum decrevimus, scuto nempe quadripartito, in cujus superiori dextra, & inferiori sinistra rubei coloris agnus albicans, sinistro pede anteriori vexillum Paschale candidum rubea cruce distinctum tenens: parte verò superiori læva, & inferiori dextra argentea seu albicante, rosâ milesia vel rubens ramusculis foliolis binis viridibus adhærens appareat, corde sanguineo in medietate scuti quasi exerto, cruce & stellis candentibus, binis quidem supra, tertia verò infra adjunctis discriminato, infula aurata gemmis unionibusque variegata, salutationem Angelicam representante, pannoque sanguinei coloris suffulta & laciniis vittisque itidem rubeis margaritis & gemmis exornatis subtus thalassici coloris utrinque diffluentibus scuto imposita, baculo Episcopali aurato, prædictæ salutationis Angelicæ imagine inserta transversim à læva ad dextram retro scutum erecto, prout omnia & singula pictoris manu & coloribus effigiata hisce cernuntur. Auctoritate itaque privilegii & facultate cæsarea nobis clementer



collata suffulti, præfato Domino Abbati, omnibusque ejus legitimis successoribus imposterum in officii dignitate sufficiens, præfata insignia conferimus, & adscribimus, iis quo utantur & fruuntur, ad quasvis suas opportunitates & placita, cum omni jure, privilegio, libertate, immunitate & prærogativis, quibus alii tam Ecclesiastici quam sæculares insignibus donati & decorati gaudent aut gaudere possunt, de consuetudine vel de jure. Si vero cuiquam Abbatum succedentium propria gentilitia fuerint insignia, exempto in medietate scuti appposito corde sua ut inferat indulgemus, & liberum esse volumus, & hæc quidem sine contradictione cujuscunque, id sub mulèta privilegio nostro Cæsareo definita, aliis tamen, qui similibus utuntur armis absque præjudicio, tenore harum litterarum, quas manu nostra subscripsimus, Sigillique Palatinatus nostri consveti appensione corroborari jussimus. Datum Prid. Non. Aprilis festo D. *Ambrosii* Doctõris Ecclesiæ Anno à Nativitate Servatoris nostri Millesimo sexcentesimo decimo quinto. &c.

Augustinus Widerinus ab Ottersbach
Comes Palatinus mppr.



XLV.

ABBAS SAGANENSIS CUM CAPITULO SUO IN CONGREGATIONEM LATERANENSEM RECIPITUR.

Nos D. *Angelus Maria Barfotti* Lucensis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium Abbas Generalis Illustrissimo ac Reverendissimo DD. *Simoni Thaddæo* Collegiatæ Ecclesiæ ad D. Virginem *Sagani* Can. Reg. S. *Augustini* Abbati infulato; nec non ejusdem Collegii Rmo Capitulo, quod nunc est, eritque Deo dante in posterum, salutem. Quamquam indifferenter bonum sit sui diffusivum, ac sine acceptione Personarum, bona, quæ divinitus Nobis collata sunt, quibuscumque ex charitatis impulsu, ac Religionis instituto impertiri debeamus; cum maxime eorundem bonorum in conspectu Omnipotentis Dei, justè, reètique Dispensatores probari toto corde cupiamus. Nihilominus abundantius viscera Charitatis nostræ in eos optamus effundere, qui Congregationi nostræ amoris vinculo addicti, eandem congregationem etiam peculiari studio prosequuntur, & fiunt dilectionis prærogativa digniores. Idcirco cum vestrum in Congregationem nostram Lateranensem devotionis affectum, & quod pluris est, univocum vivendi inter Nos & Vos institutum, & Apostolicam merendi rationem, atque profuturi summo perere probemus.

Vos Venerabiles Viros Ill.^{mum} ac Rev.^{mum} DD. *Simonem Thaddæum* Collegiatæ Ecclesiæ Can. Reg.



Reg. S. Augustini ad D. Virginem *Sagani* Abbatem infulatnm ceterosque Prælatos, in perpetuum successuros, omnesque, & singulos prædicti Collegii Canonicos de præsentibus viventes, ac in temporum successione futuros in partem fortis nostræ, & in Communionem Congregationis Lateranensis, unitatemque, autoritate summorum Pontificum, & insuper Capituli nostri Generalis, qua fungimur, advocamus, recipimus, & advocatos, receptosque tales vigore præsentium expresse declaramus, & perhumaniter amplectimur.

Vigore autem hujusce unionis, societatis, & omnimodæ unitatis, volumus Vos omnes prænommatum Præpositum, & Canonicos præsentibus, & futuros, iisdem Indulgentiis, Indultis, Privilegiis, Concessionibus, juribus, & Exemptionibus tam in spiritualibus, quam in Temporalibus gaudere, uti & potiri eadem ad amissim formam, qua Canonici Regulares S. Augustini congregationis Lateranensis, qui intra Italiam degunt, concedentibus summis Pontificibus, aliisque pleno jure gaudent, utuntur, & potiuntur.

Ut vero Vos Nobis, & Nos Vobis intimius adherere, & uniri quilibet futuris temporibus dignoscatur, & intelligatur, hanc unicam conditionem injungimus, ut quotiescunque nova inter vos occurrat Præsulis electio, Nos & successores nostros de electo ex Vobis & à Vobis Præposito certiores per litteras faciatis; ita quidem ut coalescat magis ac magis mutua nostrum necessitudo & discamus Con-

cano-



canonicos nostros Præpositos nominatim vocare, Spiritualia alere commercia, Consilia Consiliis permutare, & quândocunq; aliquid humanitus contingat, certa precum nostrarum directione ipsis met Præpositis parentare possimus.

Præterea Vos quantum in Domino possumus, hortamur, ut singulo quoque Triennio in solempni die Assumptionis B. V. *Mariæ* unam Missam cantetis pro incremento, atque felicitate Congregationis nostræ Lateranensis, de qua Vos, sicut Nos membra estis & eritis. Quibus omnibus nil aliud addendum credimus, quam plenissimam Oratorum, Missarum, Divinorum officiorum, Jejuniorum, Peregrinationum, cæterorumque Spiritualium bonorum omnium, quæ per nostras utriusque Sexus Religiosas Personas præsentis & futuras ubique terrarum dignabitur summus & Clémentissimus Deus operari, extensionem, participationemque Vobis impertiri, prout uberi animo, & luculenter impertimur.

Collegium itaque vestrum de gremio Congregationis nostræ Lateranensis declaramus, declaratum & adnotatum esse volumus, servata tamen, & in posterum servanda vestræ Canonicæ laudabili consuetudine. In quorum fidem &c.

Datum Lucæ in Canonica nostra *S. Frigidiani* die VIII Decembris MDCCXXXIX.

D. Angelus M. Barfotti Abbas Generalis.

D. Paulus Rinoldi Abbas secreta.



XLVI.

SUPRADICTÆ RECEPTIONIS CONFIRMATIO APOSTOLICA.

Benedictus PP. XIV.

Ad futurum rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Abbas, & Capitulum Monasterii B. *Mariae* Virginis Terræ seu loci de *Sagano* in Silesia Wratislaviensis Diocesis Ordinis Canonorum Regularium Sancti Augustini Congregationis Lateranensis, quod ipsi dictumque eorum Monasterium alias nempe die VIII Decembris M. D. CCXXXIX à tunc existente Abbate Generali congregationis Lateranensis hujusmodi Italiae aggregari, & incorporari obtinuerunt; cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ipsi exponentes aggregationem hujusmodi, quo firmiter subsistat, apostolicæ confirmationis nostræ patrocínio communiri summopere desiderent. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, præfatam aggregationem, ut

pre-



præfertur, factam, expeditasque desuper ejusdem Abbatis Generalis patentès litteras, ac omnia & singula in eis contenta Apostolica Auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, illasque suos plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari debere decernimus. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac quatenus opus sit Monasterii & Congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenore præsentibus pro-plene & sufficienter expressis, ac de verbo insertis habentes, illis alias in suo robore permanens & præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum *Rome* apud Sanctam *Mariam Majorem* sub Annulo Piscatoris die III octobris M. D. CCXL Pontificatus nostri anno Primo.

A. Cardinalis *Passioneus*.





XLVII.

ORDINATIONES

EPISCOPALES SPIRENSIS.

Anno Domini MCCCCLXXVIII. *Martini.*

Ludovicus *) Dei gratia Electus & confirmatus Spirensis venerabilibus honorabilibus & Religiosis in christo nobis dilectis universis & singulis personis Ecclesiasticis totique clero nostrarum civitatis & dioecesis Spirensis nostre quoad infra scripta jurisdictioni subiectis eternam in Domino salutem & nostris hujusmodi inhibitionibus monitionibus & mandatis firmiter obedire.

Ad servitatem pastorem licet immeriti disponente Domino noviter assumpti ac in vinea Domini Sabaoth super operarios paterfamilias constituti perpeti cura prout decet intendimus pro residuo dierum nostrorum nedum in nobis sed & cunctis subditis nostris signanter clericis, qui bonarum exemplo actionum alijs salutis viam ostendere ac conscientie puritate nec non continentie pudicitieque & morum honestate plus ceteris prefulgere jubentur, virtutes plantare plantatas nutrire eosque ad divini cultus observantiam inducere ac in ipsis vitia arcere & que bonos dehonestant mores reformare, maxime autem concubinatus detestabile vitium

*) E Familia illustri de Helmstat oriundus Spirensis Episcopus electus est die quinta Augusti anno MCCCCLXXVIII.

tium quo altissimus ejusque intemerata & castissima virgo & mater Maria patrona nostra graviter haud dubium offenduntur ac sacrosancte ecclesie auctoritas & clericalis dignitatis status vilipenduntur, quodque etiam odij & rancoris inter clericos & laicos hiis praesertim temporibus indefinenter pullulantium nonnullotiens seminarium extitit & est experientia edocente non minimum, quantum in nobis fuerit, debita penarum adjectione cohibere, Precolende siquidem memoriae quondam providi patris familias Domini Mathie dum vixit Episcopi spirensis novissimi aliorumque predecessorum nostrorum & precipue sacrorum canonum decretis & provincialium sinodaliisque institutis inherere volentes omnia & singula provincialia sinodaliaque instituta processus & mandata nondum tamen revocata seu abolita ab eisdem predecessoribus nostris sive alias in provincia Maguntina quomodolibet edita & salubriter ordinata in quantum presentibus non contrariantur in omnibus & per omnia singulisque eorum punctis & articulis ut & tamquam hic inserta essent innovamus, renovamus, repetimus atque inviolabiliter & inconcusse a vobis omnibus quorum interest prout unum quemque concernere videntur in & sub penis sententijs & censuris inibi contentis observari volumus atque mandamus per presentes, inprimis autem volumus & sub penis infra scriptis mandamus ut quisque vestrum horas canonicas & alia sibi incumbentia officia praesertim divina debitis & consuetis temporibus diligenter persolvere non obmittat, quodque missarum solempnia & alia officia hujusmodi nocturna



pariter atque diurna in ecclesijs presertim in quibus hucusque peragi solebant sive decantari ab omnibus ad quos pertinet devote & attente paulatimque distinctim & mensuraliter cavillationibus & alijs insolentijs singulis penitus vitatis ac absque festinatione verborumque corruptione aut diminutione aliqua peragantur, palle quoque altarium vasa corporalia ornamenta & vestimenta ad divinum cultum pertinentia munda & nitida conserventur. Ut insuper omnes & singulos publicos concubenarios sive de concubinato vitio hujusmodi suspectos aut mulieres secum suspectas tenentes vel ab extra publice nutriendos cujuscunque dignitatis status conditionis seu preeminentie fuerint in genere & in specie pro hac prima vice more pij patris paterne fraternaeque & caritative avisando peremptorie monemus & requirimus, quatenus infra novem dies post presentium publicationem sive insinuationem in synodo proxima per nos vel auctoritate nostra celebranda factam immediate sequentes, quorum novem dierum tres pro primo & tres pro secundo & reliquos tres dies vobis & ipsis pro tertio & peremptorio termino omnique dilatione assignamus, mulieres suspectas hujusmodi penitus & omnino realiter effectualiterque dimittant & a se suisque habitationibus amoveant easdem vel alias earum loco in antea minime reassumendo & nichilominus infra alios novem dies dictos novem dies continuo sequentes nos aut vicarium nostrum in spiritualibus Generalem de ammotione & dimissione hujusmodi certificent atque absolutionis & restitutionis beneficium ab excommunicationis & alijs sententijs quas edue-

bie

bie ob processum synodalem & aliorum mandatorum predictorum desuper à predecessoribus nostris memoratis ut presertim emissorum non partitionem incurrerunt & emendam spiritualem desuper a nobis vel vicario jam dicto recipiant assumant atque procurent; quod si forte hujusmodi nostras monitionem avisationem & requisitionem paternas parvi penderint aut alias surda forsitan aure transierint, nos in eos tali correctionis disciplina que alias merito transeat in exemplum, insurgere volentes ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc eisdem omnes & singulos excommunicationis suspensionis & alias penas in pretaetis provincialibus & synodalibus processibus contra talismodi latas & promulgatas dampnabiliter incurrisse declarabimus, contra ipsos etiam ad earundem penarum executionem & graviores censuras edubie processuri, ut insuper eisdem vobisque omnibus & singulis alijs predictis sub similibus excommunicationis & suspensionis tam a divinis quam perceptione omnium fructuum beneficiorum suorum atque quotidianarum distributionum ac privationis eorundem beneficiorum & alijs gravioribus penis sententijs & censuris etiam pecuniarijs per nos vel vicarium nostrum antedictum etiam arbitrarie injungendis ac irremissibiliter à Contravenientibus exigendis & extorquendis districte & peremptorie inhibemus, ne aliquis vestrum seu eorundem cujuscunque nobilitatis seu preeminentie fueritis seu fuerint, aliquam mulierem secum suspectam in domo sua vel extra tenere seu nutrire, neque calceis rostratis



matrimonia solemnifentur à prima Dominica adventus usque ad octavas Epiphanie Domini ac a Dominica septuagesime usque ad octavas corporis christi nisi licentia a nobis vel vicario nostro supra dicto aut alijs potestatem indulgendi habentibus desuper obtenta. Inhibemus etiam in & sub similibus sententiarum penis, ne aliquis vestrum de aliquo potestate vel judici seculari conquerit aut coram iudicio seculari hujusmodi questiones contentiones sive querelas vel causas suas proponere intentare aut continuare presumat, neque se ibidem a quocunque etiam laico in actione personarum sive super bonis ecclesiasticis aut beneficiorum conveniri patiatur, neque coram ipsis quoquomodo respondeat, sed easdem questiones querelas & causas ad superiores suos ecclesiasticos quorum in hiis discutere intererit, referat atque deducat, ne exinde in ecclesiastica libertatis offensam laicis predictis falcem in messem mittendi alienam detur occasio. Rursus ad obvian dum plerisque erroribus falsitatibus & malis ex quam plurimorum minus licet peritorum se tamen de notariatus officio intromittere pretendendum in experientia sive simplicitate sepe numero evenientibus & contingentibus modo & forma premissis ac sub pena centum florenorum Renensium boni auri & legalis ponderis irremissibiliter a contravenientibus persolvendorum vice & nomine nostris exigenda inhibemus, ne aliquis notariorum hujusmodi se per amplius de notariatus officio supra dicto in nostris Civitate & diocesi spirensi quoquo modo intromittere presumat nisi per prius a prelibato quon-



quondam predecessore nostro aut ejus tunc auctoritate dum vixit vel infuturum a nobis seu vicario nostro de & super officio Notariatus supradicto exercendo diligenti examine si opus foret premissis litteras admittorias ac testimoniales obtinuerit aut obtineat neque per vos aut aliquem vestrum vel quemcumque alium ad eosdem seu alterum eorundem habeatur recursus decernentes nullam prorsus dictis Notarijs aut eorundem instrumentis conficiendis in civitate & diocesi nostris predictis in judicio aut extra fidem fore adhibendam neque adhiberi debere irritumque & inane si secus a quoquam contigerit attemptari. Insuper inhibemus omnibus Decanis Camerarijs ruralibus Rectoribus ecclesiarum plebanis ceterisque presbiteris nostre spirensis Diocesis ne causas jure decidendas vel judiciale indaginem exposcentes auctoritate propria audiant, volumus enim ut cause hujusmodi ad examen illorum remittantur ad quos spectat de jure vel consuetudine easdem decidendi. Item inhibemus etiam sub similibus penis ne clerici peregrini & ignoti aut etiam noti & extra nostram diocesim spirensis ordinati absque nostris aut vicarij nostri admittorialibus sive testimonialibus litteris ad divinorum celebrationem aliquatenus admittantur nisi fuerint honesti viatores statim recessuri sine comitive testimonium habentes & alias habitum & tonsuram deferentes clericales. Item ne aliqui questores sive terminarij seu cujuscunque etiam professionis religiosi mendicantes ad questum vel

ele-



elemosinam petendam in ecclesijs nisi litteras ad-
 missoriales originales & patentes minime expiratas
 à nobis vel vicario nostro parochialibus presbiteris
 ostenderint, neque cum eisdem quadragesimali
 tempore aut etiam alias extra idem tempus ad am-
 bones pro negotio suo promovendo seu ad benedi-
 ctionem aquarum vel panum aut ad alia facienda
 vel publicanda admittantur nisi illa per expressum
 & specificè in preactis litteris desuper concessis
 contineantur. Porro omnes & singulos executores
 seu manu fideles defunctorum qui de fertone ar-
 genti Vicario aut sigillifero nostro nondum satisfe-
 cerunt, nec non qui de executione testamentorum
 infra annum & mensem a die obitus testatoris com-
 putando rationem legitimam non fecerunt, licet
 non sit dabilem ipsos excommunicationis sententiam
 dudum in quodam statuto sinodali contra tales pro-
 mulgato contentam incidisse, ex super habundanti
 tamen per presentes monemus & requirimus ut ad-
 huc infra mensem proximum futurum computum
 & rationem hujusmodi vicario nostro & sigillifero
 faciant, alioquin contra eosdem ad artiores penas
 juxta formam juris procedemus & procedi procu-
 rabimus. Inhibemus etiam pari modo ne quis-
 quam ad alicujus beneficij possessionem nisi provi-
 sionis translationis aut institutionis litteras ad be-
 neficium hujusmodi ostenderit patentes, admitta-
 tur, quas quidem litteras infra unius mensis a tem-
 pore provisionis translationis sive institutionis hu-
 jusmodi sibi facte spatium per unum quemque pro-
 visum aut translatum indilate sub pena privationis
 juris



juris sibi desuper competentis expediri volumus atque mandamus neque eidem ante litterarum expeditionem beneficium hujusmodi deserviendi aut se de illo aliquo modo intronittendi pateat facultas, certificantes omnes & singulos secus facientes aut hujusmodi inhibitionum monitionum & mandatorum salubrium transgressores quod contra eosdem & quemlibet ipsorum ad omnium & singularum censurarum sententiarum & penarum inibi contentarum executionem usque ad privationis sententiam inclusive aliasque juxta arbitrium nostrum & delicti qualitatem procedere curabimus justitia mediante. Ceterum ne aliquis per ignorantiam sive contumaciam se excusare presumat districte & sub dicta suspensionis pena precipiendo mandamus quatenus nostre majoris ac aliarum Ecclesiarum dicte nostre spirensis civitatis infra triduum proximum nec non ceterarum Collegiatarum ecclesiarum Diocesis spirensis predictarum ac singuli sedium ruralium Decani sive Camerarij aut ipsorum nuntij antequam a dicta nostra civitate spirensi recedant, copias hujusmodi nostri processus recipiant nec non hic contenta & alia statuta sinodalia & provincialia predicta semel in anno ad minus, signanter tamen hunc nostrum processum in proximis eorum convocationibus publice insinuari legi & publicari ordinent & procurent. In quorum testimonium sigillum officij nostri Vicariatus presentibus est appensum. Datum & actum in civitate nostra spirensi feria tertia post festum omnium Sanctorum Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo.

Jubilare ANNO LXXVIII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis Venerabilibus honorabilibusque & devotis in Christo nobis dilectis Universis & singulis personis ecclesiasticis totique clero nostrarum Civitatis & Diocesis spirensis nostre quo ad infra scripta jurisdictioni subiectis Salutem in Domino sempiternam & nostris hujusmodi inhibitionibus & mandatis firmiter obedire. Inter varias quibus ex commissis nobis pastoralis dignitatis culmine premimur Solitudines illa potissimum mentem nostram pulsant qualiter universorum signanter clericorum nobis subiectorum mores in melius reformari atque concubinatus detestabile vitium & alios excessus corrigi & emendari singulaque scandala & cetera que bonam ipsorum famam denigrare videntur ab eisdem procul ammoveri pervigili studio procuremus etiam namque de causa ultra sanctorum Patrum & predecessorum nostrorum decreta provincialiaque instituta desuper luculenter providentia nonnulla super utilia monita inhibitiones & mandata certis nostris litteris & processibus vobis palam in synodo proxime celebrata publicatis emisimus & observari mandavimus, que omnia & singula & signanter de habitu & tonsura clericalibus decenter deferendis ac ceteris virtutibus sectandis, fertionibus argenti solvendis, rationibusque faciendis nec non de questionariis & presbiteris non beneficiatis sive ignotis absque indulto minime admittendis atque

de



de concubinitus ludique vitijs ac tabernariorum & mercantiorum officijs ceterisque scandalosis prorsus vitandis alias quoque generaliter in omnibus & per omnia singulisque ipsorum punctis & articulis per vos omnes & singulos in quantum quemque vestrum concernunt in & sub excommunicationis suspensionis ac alijs penis & sententijs & censuris universis inibi latis & gravioribus etiam pecuniarijs & arbitrarijs per nos infligendis juxta & secundum omnimodum eorundem tenorem inviolabiliter & conculse observari & custodiri volumus & mandamus & insuper pro divine laudis augmento populi que devotione captanda volumus & mandamus quatenus omnes & singuli plebani & beneficiati opidorum villarum & locorum in quorum ecclesijs vespere hucusque decantate non fuerint summis nec non gloriosissime virginis Marie ac Apostolorum festivitatibus signanter in eorundem vigiliis sive profestis ac sabbatinis diebus in ecclesijs antedictis signis solitis campanarum sive pulsationibus premissis palam & publice altaque & intelligibilique voce vespertinas & Completorij horas saltem legere non obmittant. Inhibemus nichilominus ne rogationum Ascensionis Domini vel alijs diebus cruce vexilla aut relique sanctorum cum tympanis fistillis choreis vel alijs dissolutionibus ut in certis locis hæctenus detestabili abusu extitit factum deportentur neque rectores ecclesiarum aut plebani temporibus eisdem cum suis subditis aliquatenus vadant nisi dissolutiones hujusmodi obmittantur, neque



que etiam Eucharistie sacramentum per campos vel circuitum quoquo modo aliquo dierum portent seu portari permittant dempto festo Corporis Christi quacunque consuetudine hætenus introducta non obstante, nisi licentia speciali desuper a nobis seu vicario nostro in spiritualibus obtenta, certificantes omnes & singulos secus facientes aut hujusmodi monitionum & mandatorum salubrium transgressores quod contra eosdem & quemlibet ipsorum ad omnium & singularum censurarum & penarum in processibus & mandatis ante dictis contentarum executionem usque ad privationis sententiam inclusive aliasque juxta arbitrium nostrum & delicti qualitatem procedere curabimus justitia mediante, Ceterum ne aliquis per ignorantiam se excusare presumat districtè & sub pena suspensionis ab officijs divinatorum in hijs scriptis late sententie precipiendo mandamus, quatenus nostre majoris & aliarum civitatis infra triduum proximum nec non quarumcumque ceterarum Collegiatarum diocesis spirensis ecclesiarum ac singuli sedium ruralium Decani sive Camerarij aut ipsorum nuntij antequam a dicta nostra Civitate spirensi recedant, presentis nostri processus copiam recipiant nec non inibi contenta & alia synodalia statuta & provincialia predicta semel in anno ad minus signanter tamen hunc nostrum ac alium prespecificatum processum de verbo ad verbum in proxima ipsorum convocatione publice insinuari legi & publicari ordinent atque procurent. In quarum omnium te-

stimonium sigillum officij nostri Vicariatus in spiritualibus presentibus fecimus appendi. Datum in dicta nostra civitate spirensi feria quarta post Dominicam *quasi modo geniti* Anno Dñi Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

XLIX.

Martini. LXXIX.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus honorabilibus ac religiosis in Christo nobis dilectis universis & singulis personis ecclesiasticis totique Clero nostrarum civitatis & diocesis spirensis nostre quoad infra scripta jurisdictioni subiectis eternam in Domino salutem & nostris huiusmodi inhibitionibus monitionibus & mandatis firmiter obedire. Injunctum nobis pastoralis servitutis officium sedula nos perurget instantia cunctorum nobis subditorum signanter clericorum qui alijs in pudicitie varique regiminis signum positi plus illis castius videlicet & honestius vivendo conscientie puritatem observare jubentur, condiciones pensare ut debito ad singula directo respectu sic circa eorum statum salubriter dirigendum vigilantia cura vacemus, quod exinde boni sua pace letentur, errantes ad rectam reducantur viam & maligni pro suis excessibus condignam recipiant penam, licet autem duabus precedentibus Synodis per nos celebratis preter & ultra varia Sanctorum pa-



trum & predecessorum nostrorum salubria mandata provincialiaque & sinodalia instituta dudum edita binos processus Synodales de & super concubinitus incontinentie ac tabernariorum officiorum ludorum illicitorum aliorumque vitiorum pravitate prorsus vitandis & extirpandis atque honestis & decentibus moribus quibus de bono in melius & tandem ad eterne salutis statum devenitur assumendis nonnullisque alijs frequentandis & exercendis etiam sub certis formidabilium censurarum penis aliasque & alia emiserimus fecerimus & fieri mandaverimus prout in eisdem processibus vobis palam publicatis latius conspicitur contineri, illis tamen apud plerosque ex vobis aures suos ad modum aspidis surde ne vocem audiat incantantis obdurantes nichil aut parum profecimus tepida forsitan penarum predictarum inibi in contravenientes adjectarum executione causante, ne igitur nos negligentie vitio gravius inde ab altissimo judicemur ex nunc in antea studiosiori sollicitudine attendere & nedum sola hujusmodi delictorum prohibitione contentari sed et penas delinquentibus impositas edubie exequi ipsosque delinquentes condigna emendatione ne alijs similia faciendi viam parent, corrigere decrevimus & volumus, qua propter omnes & singulos suprascriptos processus nostros una cum omnibus & singulis sinodalibus & alijs statutis ac mandatis preactis tenore presentium repetimus & innovamus, illosque & illa in omnibus & per omnia & precipue de concubinitus vitio ac mercantijs & negotiationibus secularibus alijsque
 pra-



pravis vanitatibus vitandis tabernis sive hospitij publicis saltim absque necessitatis causa non frequentandis, nec non calceis rostratis vel semi colerij palijve ab antea apertis sive jopulis circa pectoralia excisis ut sic scapulis patentibus & nudis pectoralibus sive cruribus incedendo & alijs inhonestis habitibus minime gestandis ac de fertonibus argenti solvendis rationibus defunctorum faciendis nec non Clericis peregrinis non beneficiatis sive ignotis aut alias in diocesi nostra non ordinatis & Notarijs alienis questoribusque & alijs absque indultis ac matrimonijs clandestinis vel alias temporibus prohibitis non solemnifandis aut fraternitatibus sive stipendijs nondum confirmatis sine licentia speciali minimè admittendis tenendis observandis sive deserviendis aliasque generaliter in singulis ipsorum punctis & articulis ac juxta eorum omnimodam continentiam & tenorem a vobis omnibus & singulis cujuscunque dignitatis status ordinis sive conditionis extiteritis, in quantum unumquemque vestrum concernunt in virtute Sancte obedientie & sub universis penis sententijs & censuris inibi contentis ac gravioribus etiam arbitrarie per nos sive vicarium nostrum in spiritualibus desuper infligendis firmiter & inconcusse observari & custodiri volumus atque mandamus certificantes omnes & singulos secus facientes aut hujusmodi monitionum & mandatorum salubrium transgressores quod contra eosdem & quemlibet ipsorum ad omnium & singularum censurarum & penarum in processibus & mandatis ante dictis con-



tentarum executionem usque ad privationis sententiam inclusive aliasque juxta arbitrium nostrum & delicti qualitatem procedere curabimus justitia mediante, ceterum ne aliquis per ignorantiam sive contumaciam se excusare presumat districtè & sub pena Suspensionis ab officio divinorum hijs Scriptis late sententie precipiendo mandamus, quatenus nostre majoris & aliarum civitatis infra triduum proximum nec non quarumcunque ceterarum collegiatarum dioecesis spirensis ecclesiarum ac singulorum ruralium Decani sive Camerarij aut ipsorum nuntij antequam a dicta nostra civitate spirensi recedant hujusmodi nostri processus copiam recipiant nec non hic contenta & alia statuta synodalia & provincialia predicta semel in anno ad minus signanter tamen hunc nostrum nec non alios processus atque statuta & mandata prespecificatos & prespecificata de verbo ad verbum in proxinia eorum convocatione ut prefertur publice lege insinuari & publicari ordinent atque procurent. Datum & actum in civitate nostra spirensi antedicta Crastina omnium sanctorum Anno Dñi Millesimo quadringentesimo nono nostri sub vicariatus officij sigillo presentibus appenso.

L.

Jubilate LXXX.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis Venerabilibus honorabilibus ac religiosis in christo nobis dilectis universis & singulis personis ecclesiasticis



fficis totique Clero nostrarum Civitatis & Dioecesis
spirensis nostre quo ad infra-scripta jurisdictioni
subiectis salutem in Domino sempiternam & nostris
hujusmodi inhibitionibus monitionibus & mandatis
firmiter obedire. Ammonent plerumque pasto-
ralis officij nostri diligentia & suscepti cura re-
giminis ea que pro religionis & clericorum no-
bis subiectorum honestate conservanda provida
sunt deliberatione ordinata per nos jugi sollicitu-
dine tanteque maturitatis providentia ab omni-
bus inviolabiliter observari demandari aut exin-
de eorundem subditorum signanter clericorum
qui mundanis abjectis illecebris pre ceteris castius
& honestius vivendo lumbos restringere jubentur
salutis statui commode provisum & perverforum
calumpniosis machinationibus ne alijs prebeant de-
linquendi audaciam utiliter conspiciatur obvia-
tum, hujus namque rei gratia nos vigilantie no-
stre sollicitudinem adhibentes licet plerosque pro-
cessus sinodales preter & ultra varia sanctorum Pa-
trum & predecessorum nostrorum sabria provin-
cialia & sinodalia mandata desuper solerter provi-
dentes tam de & super concubinatus & incontinen-
tie & alijs pravis vitijs scandalis & abusionibus
prorsus vitandis & extirpandis, quam virtutibus &
decentibus moribus quibus de bono in melius &
tandem ad patriam pervenitur eternam sectandis
& assumendis sub formidabilium censurarum penis
aliasque & alia emiserimus fecerimus & fieri man-
daverimus pro ut in eisdem processibus vobis plus
semel publicatis plenius continetur & habetur, eos-



dem tamen processus provincialiaque & sinodalia mandata antedicta cum illorum frequens repetitio, agri Dominici cultura censeatur, sepius revolvi & innovari credimus profuturum, ea propter omnes & singulos processus sinodales & mandata hujusmodi & signanter de concubinato tabernisque ludis negotiationibus secularibus commercijs matrimonijs clandestinis alijsque illicitis vitandis nec non terminarijs notarijs illiteratis Clericis peregrinis non admittis stipendijs & fraternitatibus absque indulto criminaliumque & matrimonialium vel quarumcunque aliarum causarum in jure decidendarum discussionibus minime admittendis publicandis tenendis deserviendis sive aliquo modo intromittendis & horis canonicis persolvendis omnia quoque & singula alia mandata nostro nomine & a nobis quomodolibet emanatos & emanata quorum omnium tenores pro sufficienter expressis haberi volumus tenore presentium innovantes, illos & illa per vos omnes & singulos cujuscunque dignitatis preeminentie vel conditionis fueritis sive fuerint in omnibus & singulis ipsorum punctis & articulis prout unumquemque vestrum concernere videntur observari & custodiri in & sub penis sententijs & censuris inibi contentis & gravioribus etiam arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligendis districte precipimus & mandamus insuper quia nonnulli clerici ut acceperimus status & ordinis eorundem immemores calceis rostratis vestibus brevibus bambasijs & alijs vestibus circa pectoralia excisis ac semicolerijs cum
sca-



scapulis nudis & cruribus patentibus & alijs indecentibus habitibus in ecclesiasticae religionis obprobrium ad instar laicorum incedere non formidant, nos igitur attendentes clericos non immerito a laicis non tantum vite normis verum etiam habituum diversitatibus fore discernendos sub excommunicationis suspensionis & gravioribus etiam pecuniarijs & arbitrarijs penis antedictis districtè inhibemus ne aliquis clericorum de cetero cujuscunque etiam preeminentie fuerit talismodi calceos rostratos aut vestes illicitas ut prefertur deferre presumat. Licet insuper omnes executores seu manu fideles defunctorum qui de fertonibus argenti Vicario aut sigillifero nostro nondum satisfecerunt quique de executione testamentorum infra annum & mensem a die obitus testatoris computando rationem legitimam non fecerint juxta predictorum processuum & statutorum tenorem excommunicationis sententiam edubiè inciderint, ex superhabundanti tamen per presentes omnes & singulos executores & manu fideles hujusmodi sub simili excommunicationis pena late sententie iterum & de novo ac ex superhabundanti ut prefertur monemus & requirimus ut adhuc infra mensem proxime futurum computum & rationem hujusmodi vicario nostro & sigillifero faciant alioquin contra eosdem ad declarationem excommunicationis pretaete arctioresque penas juxta formam juris procedemus & procedi procurabimus certificantes omnes & singulos secus facientes aut hujusmodi si-
ve aliorum per prius emissorum monitionum &



mandatorum salubrium transgressores quod contra eosdem & quemlibet ipsorum ad omnium & singularum centurarum sententiarum & penarum inibi contentarum executionem usque ad privationis sententiam inclusive aliasque juxta arbitrium nostrum & delicti qualitatem procedere curabimus justitia mediante, ceterum ne aliquis per ignorantiam sive contumaciam se excusare presumat districte & sub dicta suspensionis pena precipiendo mandamus, quatenus nostre majoris ac aliarum civitatis infra triduum proximum necnon ceterarum collegiatarum ecclesiarum &c. ut supra . . . Datum in castro nostro Udenheim feria sexta post Dominicam quasi modo geniti Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo nostri sub vicariatus sigilli appensione.

LI.

Masini LXXX.

Ludovicus . . . firmiter obedire. Rationi congruit nostrique debitum exigit officij pastoralis ut quorumlibet nobis subjectorum precipue Clericorum qui alios sui boni exemplo regiminis instruere jubentur cure jugiter intendentes cuncta que pro eorundem directione salubri animarumque salute profutura conspexerimus effectu prosequente operari, que vero illis contraria sive obnoxia repererimus prorsus vitari cum debita penarum adjectione solerti studio demandemus, cum autem varia



ria diversaque quam plurimorum sanctorum Patrum Romanorum Pontificum & aliorum Archiepiscoporum & Episcoporum predecessorum nostrorum salubria provincialia sinodalia & alia statuta atque mandata dudum desuper edita & a nobis per nostros processus plus semel innovata palamque vobis lecta & promulgata in plerisque ex vobis illa & illos surda forsitan aure transire penas quoque inibi adjectas propter remissam ipsorum executionem parvi pendere non verentibus nichil aut parum profecerint, expedit in antea illis studiosiori vigilantia super intendere nedumque sola penarum comminatione contentari, sed & easdem penas contra delinquentes effectualiter executioni debite demandare, ne nobis negligentie vitium valeat aliquatenus imputari, idcirco omnia & singula statuta pretaeta omnesque & singulos processus a nobis & predecessoribus nostris ut prefertur editos & emissos in omnibus & singulis eorum punctis & articulis presentium tenore innovando & repetendo illos & illa per vos omnes & singulos supradictos cujuscunque dignitatis status gradus vel conditionis extiteritis juxta & secundum omnimodam eorundem continentiam in quantum unumquemque vestrum concernant in virtute sancte obedientie & sub universis inibi contentis ac gravioribus etiam pecuniarijs & alijs arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligendis penis sententijs & censuris eosdem processus una cum statutis antedictis hic pro repetitis & sufficienter ac si de verbo ad verbum presentibus in-



serentur expressis habentes inviolabiliter observari precipimus & mandamus; certificantes omnes &c. ut supra. Datum & actum in Castro nostro Udenheim in profesto Sancti Michaelis Archangelii Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo nostri sub vicariatus officij sigillo presentibus appenso.

LII.

Jubilate LXXXI.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis . . .
 ut supra. Altissimo non ambigimus obsequium prestare pergratum dum nostrorum excessus subditorum signanter clericorum divinis mancipatorum obsequijs corrigimus eorumque vitam mores & actus in melius & ad recti itineris viam quantum in nobis est, reformamus, plerosque siquidem sinodales processus & alia mandata vobis plus semel ymmo singulis sacrosanctis sinodis celebratis insinuata ea propter emissimus publicari quidcunque agendum vitandumve foret lucide continentes & continentia quibus etiam non paucos speramus errantes ad certitudinis & bene vivendi semitam Dei gratia reduxisse, reliquos itaque pariformiter pro ut ex injuncte nobis pastoralis dignitatis sollicitudine obligamur, reducere affectantes, ne ipsis eorumque lascivie que gravi utique emendatione digna foret diutius delinquendi detur occasio eosdem processus una cum sacrorum canonum
 sancto-



sanctorumque patrum & predecessorum nostrorum
sanctionibus atque provincialibus institutis desuper
lucenter providentibus dudum crebris vicibus a
nobis repetitas iterum & denuo repetere haud du-
bium credimus profuturum, idcirco omnes & sin-
gulos processus omniaque & singula mandata de-
creta & instituta hujusmodi & precipue de & su-
per concubinitus incontinentie tabernariorum of-
ficiorum ludorum illicitorum blasphemiarum alio-
rumque vitiorum pravitatibus & abusionibus pror-
sus evitandis & extirpandis, nec non virtutibus fe-
ctandis decentibus & honestis habitibus & moribus
assumendis, fertionibus argenti solvendis & ratio-
nibus faciendis atque de questionarijs & clericis
alienis sive in diocesi spirensi non beneficiatis aut
alias inibi non ordinatis absque admissionum litte-
ris nondum expiratis minime admittendis, cuncta-
que quoque alia a nobis & predecessoribus antedi-
ctis emanata mandata in quantum sibi invicem &
precipue nostris processibus non contrariantur te-
nore presentium innovantes & eorundem omnium
tenores presentibus ac si de verbo ad verbum infe-
rerentur, pro expressis habentes illos & illa per
vos omnes & singulos in omnibus & per omnia sin-
gulisque ipsorum punctis & articulis in quantum
unumquemque vestrum concernere videntur invio-
labiliter & inconcusse sub universis inibi contentis
penis sententijs & censuris ac gravioribus etiam
arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in spiri-
tualibus infligendis observari & custodiri volumus
atque mandamus, certificantes omnes &c. &c. Da-
tum



tum & actum in Castro nostro Grunbach feria tertia pasche Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo.

LIII.

Martini. LXXXI.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis &c. obedire. Pastoralis officij quo licet immeriti divina sublimamur gratia, benignitas nos sollicitat & requirit ut subjeutorum nostrorum mores reformando animarum eorundem salutem quantum in nobis foret provideri sollicitudine procuremus indefessa, meminimus siquidem nos proxima celebrata synodo omnia & singula provincialia & synodalia instituta atque mandata non revocata retroactis temporibus a nobis ac predecessoribus nostris quomodolibet emanata dummodo sibi invicem & precipue nostris processibus non contrarientur per vos omnes & singulos in quantum unumquemque vestrum concernere viderentur inviolabiliter & inconcussa sub penis sententijs & censuris inibi expressis juxta eorundem vim formam & tenorem generaliter observari demandasse certo processu desuper per nos decreto in eademque synodo more solito lecto atque publicato, cum igitur magis quod specialiter quam quod generaliter prohibetur timeri vitari solet, eundem processum minimè invalidando sed presentibus corroborando & repetendo



tendo vobis omnibus & singulis quibus presens no-
ster processus dirigitur specialiter & expresse, ne
aliquis vestrum concubinam aliquam sive mulie-
rem secum suspectam quovis sub colore in domo
sive habitatione sua tenere aut inibi aut extra eam
nutrire pretendat, sed si aliquis vestrum talem in
domo & habitatione sua habeat a se protinus &
omnino excludat & repellat nullo unquam tempo-
re eandem vel aliam resumpturus vel etiam admis-
surus neque quisquam calceos rostratos cultellos
fixorios aut vestes illicitas deferre sive cum eisdem
incedere, choreas tabernas spectaculave publica vi-
sitare, negotiationes seculares vel commercia ludos
tabernariorumque officia illicita exercere presumat
quodque notarios non admissos sive inscriptos ad
notariatus officium clericos peregrinos & ignotos
ad divinorum celebrationem, petitores sive que-
stores litteras admissoriales patentes minime expi-
ratas a nobis vel vicario nostro in spiritualibus
emanatas non habentes minime admittatis, ne-
que etiam aliquis beneficiatus ecclesiam in qua
beneficiatus extitit tempore divini officij sine reli-
gione debita atque superpellicio quovis modo in-
trare pretendat sub penis sententijs & censuris tam
in provincialibus quam sinodalibus statutis &
signanter nonnullis in processibus a nobis nostro-
que mandato emanatis atque publicatis contentis
& expressis alijsque gravioribus etiam arbitrarijs
per nos vel vicarium nostrum antedictum infligen-
dis penis districtius inhibemus volentes insuper &
sub pena suspensionis ab officijs divinorum per-
empto-



emptorie mandantes, quatenus singuli executores
 sive quorumlibet defunctorum manifideles nedum
 de fertionibus argenti infra mensem satisfacere sed
 & infra anni spatium a tempore obitus defunctorum
 hujusmodi computando rationem legitimam
 facere studeant ac quilibet Decanus sive Camera-
 rius dictorum defunctorum in suo districtu dece-
 dentium beneficiatorum obitum ac eorundem &
 manifidelium nomina atque cognomina similiter in-
 fra mensis spatium ut supra a die obitus computan-
 do memorato vicario nostro notificari procuret.
 Insuper volumus & districte singulis quarumcun-
 que parochialium dictarum nostrarum Civitatis &
 dioecesis ecclesiarum plebanis precipimus & manda-
 mus quatenus quivis eorum in ejus ecclesia & am-
 bone binis vel pluribus Dominicis diebus proxime
 post presentium publicationem sive insinuationem
 factam sequentibus parochianos suos ne aliqui ma-
 trimonium clandestine contrahere seu ante matri-
 monij in facie ecclesie solemnisationem se carna-
 liter cognoscere aut sibi invicem cohabitare pre-
 sumant sed ab hujusmodi omnino abstineant sub ex-
 communicationis & alijs in processibus a nobis de-
 super emanatis penis contentis diligenter avizare
 non postponant, ne de hoc ignorantiam aliquam
 pretendere possint sive etiam quomodolibet allega-
 re. Certificantes omnes & singulos secus fa-
 cientes aut hujusmodi &c. ut supra. Datum
 in dicta nostra civitate spirensi feria secunda
 post festum omnium sanctorum anno Dñi Mil-
 lesimo quadringentesimo octuagesimo primo
 no-

nostri sub vicariatus sigillo presentibus appenso.

LIV.

Jubilare LXXXII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerandis &c. Suscepti regiminis cura nos sollicitat ut utilitatibus subditorum nostrorum in illis signanter perque animarum salutem consuliter sollicitè providere curemus ac penam delinquentibus imponamus. sane licet sacrorum canonum ac provincialium synodaliumque instituta in quampluribus retroactis synodis auctoritate & temporibus nostris celebratis per varios nostros processus legi pronuntiari & publicari fecerimus ac sub penis sententijs & censuris in eisdem contentis districtius observari mandaverimus, tamen prout ad nostram deducitur audienciam in plerisque quod dolenter referimus parum profecimus, qua propter ne pretereundo subditorum nostrorum excessus sub dissimulatione Deus omnipotens offendatur, neve nos negligentie vitio ab eodem gravius inde judicemur, eadem statuta tam provincialia quam synodalia quomodolibet edita & facta non revocata ac alia salutaria monita decreta & mandata & precipue omnes & singulos processus synodales a predecessoribus nostris & nobis precedentibus synodis quomodolibet publicatos iterato in hijs scriptis sub penis in
eis-



eisdem quomodolibet promulgatis precipimus per
 unumquemque vestrum in quantum ipsum concer-
 nant inviolabiliter observari, quorum aliqua pre-
 sentibus duximus exprimenda, In primis quidem
 exhibemus omnibus beneficiatis & presertim in sa-
 cris ordinibus constitutis, ne quis deinceps quovis
 sub colore in domo seu habitatione sua mulierem
 secum suspectam aut ibi vel alibi extra eam sibi te-
 neat concubinam, laudabilis provincialis Sancte
 Maguntinensis Concilij vestigijs etiam inherentes
 cum hoc strictius precipiendo mandantes ut si ta-
 lem quisquam in domo & habitatione sua habeat a
 se protinus & omnino excludat & repellat nullo
 umquam tempore eandem vel aliam resumpturus
 vel admissurus, alioquin qui hujusmodi nostris mo-
 nitionibus in hoc casu acquiescere contempserint
 cum effectu contra tales per penas suspensionis ab
 ecclesiasticis beneficijs que obtinent in quibusvis
 Ecclesijs & excommunicationis perpetue & alias se-
 cundum traditionem sacrorum canonum ac dicti
 concilij provincialis statuti sine dubio procedemus,
 & licet dudum sub diversis penis formidabilibus
 inhibuerimus, ne aliquis presbiterorum extra no-
 stram diocesim ordinatus seu inibi non beneficia-
 tus ad divinorum celebrationem admitteretur, nul-
 libi tamen plebani curati ac alij hujusmodi presbi-
 teros admittere non formidant, ideo sub excom-
 municationis suspensionis ac alijs arbitrarijs penis,
 quibus supra iterum & ex superhabundanti inhi-
 bemus, ne aliquis vestrum aliquem presbiterum

in



in aliena diocesi ordinatum nisi admissiois sue a nobis vel vicario nostro literas patentes habeat & ostendat non expiratas quoquomodo admittere presumat. Insuper predecessorum nostrorum vestigijs inherentes precipimus, ut omnes & singuli clerici beneficiati nostrarum Civitatis & dioecesis & signanter parochialium ecclesiarum Rectores sive perpetui vicarij ad ordines ad quos eorum requirunt beneficia se procurent proximis a jure ad hoc statutis temporibus ordinari, singulique ecclesiarum parochialium vicarij perpetui penes ecclesias quarum curam habere debent continuam personalem residentiam faciant nisi de nostra permissione & licentia speciali de & super premissis per nostras patentes litteras docuerint se fore supportatos, alioquin omnes & singulos in premissis vel altero eorum culpabiles & negligentes ex nunc prout ex tunc à divinis officijs & a perceptione fructuum illorum beneficiorum suspensos esse volumus & suspendimus per presentes. Preterea volumus & distincte singulis quarumcunque parochialium diëtarum ecclesiarum civitatis & dioecesis ecclesiarum Rectõribus plebanis vice plebanis ac eorundem loca tenentibus precipimus & mandamus, quatenus quilibet eorum in ejus ecclesia dum inibi populi multitudo ad divina audienda congregata fuerit tribus vel pluribus dominicis diebus aut festivis post presentium publicationem immediate sequentibus subditos & parochianos suos ne matrimonium contrahentes ante hujusmodi matrimonij solemnisationem se carnaliter cognoscere aut sibi invicem cohabitare



presumant atque a clandestinis matrimonijs ut sic abstinere studeant sub excommunicationis & alijs in processibus à nobis atque predecessoribus nostris desuper emanatis penis contentis alta & intelligibili voce diligenterque avisare non postponant, ne de hoc ignorantiam aliquam possint allegare, Ceterum cum plerique clerici adeo dissoluti talique & tanta lascivia affecti sint quod collis & scapulis nudis semi aut prorsus nulla colleria deferentes nec non calceis rostratis ac alias in indecentibus habitibus incedere, aliqui etiam presbyteri sacra missarum solemniam discaligati ac apertis & nudis cruribus celebrare non verentur in clericalis status denigrationem non modicam scandalumque & exemplum perniciosum plurimorum idcirco sub predictis & alijs gravioribus etiam arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum infligendis penis & censuris districtè inhibemus, ne quisquam clericorum hujusmodi ammòdo scapulis nudis aut semi collerijs vel rostratis hujusmodi incedere, quin ymmo colleria integra colla ipsorum undique honeste tegentia aliasque coronas suis ordinibus congruentes nec non habitum & vestes decentes brevitatem non culpabiles nec ornatum superfluo notabiles deferendo, neque presbyterorum aliquis se divinorum celebrationi nisi caligis vel saltim calceis sobularibus indutus cruribusque sic & taliter quod a nemine circumstantium nuda videri possunt intromittere quoquo modo presumant. Certificantes &c. &c. Datum in civitate nostra spirensi feria quinta post Dominicam Quasi modo geniti Anno Dñi Millesimo qua-

quadringentesimo octuagesimo secundo sub vicariatus nostri in spiritualibus sigillo presentibus appenso.

LV.

Martini. LXXXII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis Venerandis Venerabilibusque &c. Inter ceteras pastoralis officij nostri curas atque sollicitudines illam censemus esse non minimam, ut errantes ab erroris sui semita revocare & malicijs perversorum obviare curemus, nisi enim id ageremus nos ipsi errare aut erranti consentire videremur dicente scriptura, qui alios ab errore cum potest non revocat, se ipsum errare demonstrat & alibi consentire videtur erranti qui ad refecanda que corrigi debent non occurrit; ad nostram siquidem devenit noticiam quomodo nonnulli etiam clerici tanta ducantur simplicitate atque inscitia ut eos qui a canone pro violenta temerariaque manuum injectione in clericos vel alias ab homine excommunicationis sententiam incurrerunt postquam lesis aut hijs ad quorum instantiam excommunicati sunt satisfecerint seu se cum eis composuerint, absolutos esse putent, cum tamen revera juxta canonicas sanctiones absoluti non sint nisi a superioribus suis ad quos eorum absolutio spectat in forma ecclesie consueta absolvantur, sunt & aliqui qui licet monitorijs sub pena suspensionis vel excommunicationis



late sententie contra se decretis emanatis & innuatis infra terminum in eis prefixum non paruerint tamen credunt se non esse suspensos vel excommunicatos nisi postquam declarati aut publice denunciati fuerint & ob hoc se non curant absolvi seu restitui sintque nonnulli sine dubio excommunicati vel suspensi qui se absolutos sive restitutos esse mentiuntur divinis se officijs & alias communioni hominum & participationi sacramentorum ingerentes, que partim errorem partimque maliciam pre se ferunt, singula tamen in gravem tendunt maculam animarum multaque per hoc anime ut timendum est periclitare sunt & verisimiliter in futuro periclitari possent, volentes itaque in premissis errorem tollere, malicijs obviare & animarum saluti paterna quidem affectione quanto salubrius possumus providere, hortamur omnes & singulos qualitercunque excommunicatos per viscera misericordie quatenus se etiam post satisfactionem aut amicabilem compositionem cum levis postquam prefixi in monitorio termini captum cum creditoribus factam realiter & cum effectu ab hijs ad quos eorum spectat absolutio absolvi procurent literasque desuper obtineant ac curatis sive plebanis eorum presentent & ostendant inhibentesque sub pena obedientie & alias arbitraria per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligenda ne de cetero quisquam sacerdos curatus aut quivis alius nobis subiectus quacunque personam sive secularem sive ecclesiasticam a Canone vel ab homine



excommunicatam de cujus excommunicatione per evidens factum vel per litteras excommunicatorias sibi constiterit ad divina sua scienter admittat vel coram eo celebret aut secum quovis modo communicet nisi absolutionem suam litteratorie & & sigillatam illius sigillo qui eum excommunicavit vel ad quem absolutio à sententia Canonis spectare dinoscitur, prius ostendat, insuper omnes & singulos processus synodales tam à predecessoribus nostris quam a nobis & presertim processum in proxima synodo preterita emanatos & publicatos non revocatos seu expiratos omniaque & singula synodalia & provincialia statuta decreta salubria monita atque mandata presentium tenore innovamus & eorundem omnium tenores presentibus ac si de verbo ad verbum infererentur pro expressis habere volumus. Certificantes omnes & singulos &c. Datum in castro nostro Kiffelauwe in vigilia omnium sanctorum Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo sub vicariatus nostri in spiritualibus sigillo quo ad presens utimur presentibus appenso.

LVI.

Jubilate. LXXXIII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis Venerabilibus &c. Ad hoc salvatorem nostrum Episcopos constituisse certum est ut sui Dominici gregis curam atque sollicitudinem suscipiant ac



plebem sibi commissam sic custodiant ut ante tribunal eterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddant & non iudicium sed gloriam pro suis actibus recipiant, ideirco Reverendi olim patres bone memorie Episcopi spirenses predecessores nostri & nos pariter singulis sacrosanctis sinodis preteritis nonnulla & ymmo multiplicia salubria emisserunt & emisimus mandata inhibitiones & processus quibus cunctos sibi & nobis subiectos signanter clericos a malo retrahere & ad bona opera allicere satagebant prout & nos summo opere atque diligentia nisi sumus & adhuc nostre existit mentis studium ut talenti nobis crediti pulchritudo nedum non deleatur sed & nostre administrationis labore augeatur & triplicetur, quam ob rem omnes & singulos processus a nobis & predecessoribus nostris ut prefertur emanatos omniaque & singula provincialia & sinodalia statuta & mandata non expiratos seu expirata aut revocatos seu revocata signanter contra clericos concubenarios lufores habitum & tonsuram clericales non deferentes, nec ad ordines quos sua beneficia requirunt se promoveri facientes aut alias indecenter se regentes necnon de assistentia per capellanos & beneficiatos ipsorum plebanis Dominicis & alijs festivis diebus facienda & de fertone argenti non solvendo & rationibus per singulos manifideles exhibendis, nec non de questoribus sive terminarijs absque mandatis sigillatis non admittendis atque de beneficijs in permutationis fraudem minime resignandis sonantes & sonantia cum singulis ipsorum punctis & articulis innovandos duximus atque innovamus presentium per

teno-



tenorem; illosque & illa per vos omnes & singulos supradictos cujuscunque dignitatis preeminentie vel conditionis fueritis sive fuerint in omnibus & singulis punctis & articulis prout unumquemque vestrum concernere videntur in & sub penis sententijs & censuris inibi contentis & gravioribus etiam arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligendis districte precipimus & mandamus observari & custodiri, insuper in & sub similibus sententiarum penis vobis omnibus supradictis inhibemus, ne aliquis vestrum contra aliquam ecclesiasticam personam coram aliquibus laicis quameunque etiam secularem jurisdictionem exercentibus questiones contentiones sive querelas vel causas suas proponere intentare aut continuare presumat neque se coram eisdem a quocumque etiam laico in actione personali sive super bonis ecclesiasticis aut beneficiorum conveniri patiat, sed easdem questiones querelas & causas ad superiores suos ecclesiasticos quorum in hijs discutere intererit referant atque deducant ne exinde in ecclesiastice libertatis offensam laicis predictis falcem in messem mittendi alienam detur occasio. **Certificantes &c.** Datum in civitate nostra spirensi antedicta feria quarta post Dominicam *quasi modo geniti* Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio sub sigillo vicariatus nostri in spiritualibus appenso.



LVII.

Martini. LXXXIII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. Solliciti erga gregem Dominicum ab alto nobis creditum excitati vigilijs animarum saluti jugis attentione cogitationis intendere submovendo noxia & agendo profutura debemus, ut excusso a nobis negligentie sompno nostrique cordis oculis sedula vigilantibus diligentia animas Deo lucrifacere sua nobis cooperante gratia valeamus, cum autem a sanctis Romanis Pontificibus Reverendissimis Archi Episcopis Metropolitanis Reverendisque patribus Episcopis spirensibus predecessoribus nostris & nobis respective innumera- biles quasi canonicè sanctiones preceptive & prohibitive variaque & multa salubria provincialia synodalia & alia statuta atque mandata nonnullaque inhibitiones ab olim citra edite & edita emanateque & emanata ac omnibus & singulis maxime clericis nobis subiectis creberrimis publicate & publica sint vicibus per quas & per que cuique vestrum quid agere quidque vitare pena contra facientibus semper adjecta & comminata sufficientissime perspectum sit, novas nunc edere constitutiones novaque condere statuta, novas denique emittere inhibitiones nulla penitus nos admonet necessitas, sed non sine displicentia ymmo dolenter nonnullorum etiam principum relatione audivimus multos in nostra diocesi clericos tam perversam
agere



re vitam ut nec vultu nec vestitu nec incessu
vita neque moribus se clericos profiteantur qui
facto supradictas constitutiones statuta & man-
i nec non inhibitiones vel furdas transiverunt
ibus vel propter impunitatem delinquendi sum-
runt audaciam unde commovemur ut in antea
liosiori superintendamus vigilantia, ita ut non
penarum contentemur comminatione sed & eas-
delinquentibus tam rigide tamque severe in-
amus & ab eis extorqueri faciamus ut metus
meta presumptionis contra faciendi existat id-
omnia & singula statuta pretaeta omnesque
ngulos processus a nobis & predecessoribus nos
ut prefertur editos sive emissos in omnibus &
gulis eorum punctis & articulis presentium te-
e innovando & repetendo illos & illa per vos
nes & singulos supradictos cujuscunque dignita-
tatis gradus vel conditionis extiteritis juxta &
indum omnimodam eorundem continentiam in
ntum unumquemque vestrum concernunt in
ate sancte obedientie & sub universis inibi con-
is ac gravioribus etiam pecuniarijs & alijs ar-
arijs per nos vel vicarium nostrum in spiritua-
is infligendis penis sententijs & censuris eisdem
cessus una cum statutis antedictis hic pro repe-
& sufficienter ac si de verbo ad verbum pre-
ibus infererentur, expressis habentes inviola-
ter observari precipimus & mandamus. Certi-
ntes &c. Datum in castro nostro Udenheim sab-
post diem beati Leonhardi Confessoris Anno
Millesimo quadringentesimo octuagesimo ter-
tio



tio nostri sub vicariatus officij sigillo presentibus appenso.

LVIII.

Jubilate. LXXXIII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis &c. Catholice religionis fervor pastoralisque officij nostris humeris impositi cura exigere videntur ut nedum predecessorum sed & nostra salubria mandata pro totalis clericali status conservatione ecclesiasticorumque virorum honestate & utilitate edita ab omnibus quorum interest vel intererit inconcussè observari pervigili studio demandemus, qua propter omnes & singulos processus synodales tam a predecessoribus nostris quam a nobis publicatos omniaque & singula synodalia & provincialia statuta & instituta quomodolibet edita & facta non revocata nec non omnia & singula puncta in eisdem descripta & contenta juxta & secundum omnimodam eorundem statutorum & processuum vim formam continentiam & tenorem per vos omnes & singulos suprascriptos cujuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis extiteritis in quantum unumquemque vestrum concernere sive tangere videantur in virtute sancte obedientie ac sub universis & singulis in eisdem statutis & processibus contentis & promulgatis nec non gravioribus etiam arbitrarijs per nos infligendis penis sententijs & censuris illos illas & illa hic pro repetitis & sufficien-

cienter ac si de verbo ad verbum presentibus infererentur pro expressis habentes inconcussè & inviolabiliter observari tenore presentium districte precipimus & mandamus. Certificantes &c. In quorum testimonium sigillum officij nostri vicariatus in spiritualibus presentibus mandavimus appendi. Datum & actum in castro Kirwyler sabato post Dominicam *Quasi modo geniti* anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto.

LIX.

Martini. LXXXIII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. Sanctorum nos admonent patrum constitutiones ut apud gregem Dominicum nobis commissum maxime ecclesiasticum magnam cum constantia vigilemus ne oves dominice lupinis morsibus id est diaboli stimulis lanientur. Propterea in superioribus transactis synodis a nobis & per nos celebratis nonnulla salubria monita & mandata nonnullosque processus desuper dedimus & emitti fecimus per que & per quos universi & singuli nobis subiecti clerici sufficienter edocti fuerunt seu edoceri potuerunt per quas vias gradi que confortia & que vitia vitare, quas denique virtutes quosque mores amplecti debeant, ut callidi hostis versutias effugiant ac ejus stimulis & morsibus non afficiantur neque crucientur ac populo Dominico cur-
jus



jus pastores & speculum existunt, recte vivendi
 normam factis & exemplis ostendant atque patefa-
 ciant, sed non sine gravi tristitia atque animi ama-
 ritudine percepimus quod nonnulli ex clericis no-
 bis subjectis suspectas penes se habuerunt & habent
 mulieres quas in domibus proprijs & etiam extra
 nutriverint & nutriant in ipsorum & totius clerical-
 is status denigrationem, nonnullique ludis specta-
 culis atque choreis publicis dum fiunt, atque con-
 vivijs similiter publicis interesse soleant ubi femi-
 narum multitudo confluit & antiqui hostis stimuli
 non desunt ac taxillorum, cartharum aliorumque
 ludorum generibus se se implicaverint, unde ad
 injurias rixasque & verbera nonnunquam pervene-
 rint aliaque fecerint & faciant contra sanctorum
 canonum sancita provincialiaque & sinodalia insti-
 tuta nostraque monita & mandata que nepharia
 sunt dicere vel audire, idcirco omnes & singulos
 supradictos & ymmo quoscunque alios nostre juris-
 dictioni subiectos cujuscunque gradus preeminen-
 tie seu dignitatis fuerint iterum atque iterum ad-
 monendos duximus & admonemus ut a premissis &
 presertim a convivijs publicis a consortio femina-
 rum seu mulierum maxime suspectarum abstineant
 & eas excludant prorsusque evitent, ab omnique
 taxillorum cartharum & aliorum genere ludorum
 ex quibus multiplicia evenire solent mala videlicet
 ecclesie spretus, nuge, adulatio, usura, rapina,
 blasphemia, furtum, violentia & mortis causa, de
 ludo enim venit ad verba, de verbis ad verbera,
 de verberibus ad vulnera, de vulneribus ad homi-
 cidia,



cidia, cessent & abstineant atque fraudibus & stimulis antiqui hostis resistent & secundum sanctorum instituta patrum vivant, mandatis que nostris & processibus & predecessoribus nostris & nobis editis factis & emanatis, que omnia & quos omnes juxta & secundum omnimodam eorundem statutorum mandatorum & processuum vim formam & continentiam sub universis & singulis in eisdem contentis & promulgatis nec non gravioribus etiam arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum infligendis penis sententijs & censuris per presentes innovamus & observari demandamus realiter & cum effectu satisfaciant pareant & obediant ut mundas ad Dominum manus levare valeant & non vituperetur ministerium eorum, Insuper ad nostram devenit notitiam quomodo plerique sacerdotes curati & eorum vices gerentes quando salutiferum Eucharistie sacramentum ad infirmos portare sive deferre solent aperta fronte & vagis atque dispersis oculis hinc inde respiciendo ac alij in facies eorum aspiciendo patule transeunt quod utique non expedit neque decet, quin ymmo humiliter & devote honeste ac reverenter absque ullo sinistro aspectu seu respectu portandum & deferendum est, idcirco omnibus & singulis plebanis curatis vice plebanis & quibuscunque alijs clericis sub nostra jurisdictione constitutis in virtute sancte obedientie & alias sub pena arbitraria per nos vel vicarium nostrum infligenda districte precipiendo mandamus, quatenus dum quando & quotiens hujusmodi sacramentum Eucharistie ad infirmos deferre volunt & dese-

runt



runt sint & esse debeant cooperti & quilibet eorum coopertus super caput suum almutio sibi competenti si persona fuerit ecclesie collegiate, si autem alicujus ecclesie parochialis non collegiate sacerdos fuerit, caputio nigro frontes eorum integre tegente, simili modo precipimus & mandamus omnibus & singulis confessoribus, confessiones vulgarium & secularium personarum audire volentibus quatenus aut almutio aut caputio ut prefertur frontem seu frontes eorum tegente cooperti sint ac facies eorum à facie confitentis & maxime mulieris avertant donec confessionem suam finierint ne propter hujuscemodi aspectus & respectus peccata que alias confessa fuissent propter verecundiam obtineant ut sepe factum esse timetur, districte etiam & sub penis antedictis precipimus & mandamus universis & singulis supradictis quibus noster processus dirigitur ut honestas vestes ac debitam & congruam deferant coronam & tonsuram, inhibentes eisdem ne deinceps pallia in pectore aperta deferant nisi sub eis tunica vel alia veste sint induti ut ad pectora eorum & pudenda non possit fieri aspectus, nec calceos more laicorum deferant reflexos vel rostratos sed corrigijs clausos & alias in singulis ipsorum vestibus vita moribus & disciplinis honestate & decenter gerant ut eorum status clericalisque dignitas requirit. Certificantes &c. Datum in civitate nostra spirensi feria sexta post festum omnium sanctorum Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto sub vicariatus nostri in spiritalibus sigillo presentibus appenso.

LX.

Jubilate. LXXXV.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. Nichil nobis ex nostre pontificalis officio dignitatis quo cunctorum nobis subditorum curam gerimus tam arduum tamque cordi nostro infixum esse debere arbitramur, quam ut nostrarum civitatis & diocesis clericos nobis nostreque jurisdictioni subiectos a noxijs vitiisq; actibus abstrahere curemus & eos salutaria dirigere pervigili cura studeamus, si enim ipsi bene egerint honesteque juxta status sui exigentiam in puritate cordis & munditia corporis vixerint, facile laicos ad bene honesteque vivendum inducunt & alliciunt, sin autem ipsi qui uncti sunt peccaverint, faciunt & populum Dei delinquere quod omnibus precavendum est viribus, unde in singulis retroactis synodis a tempore nostre ad pontificalem dignitatem assumptionis & citra per nos & nostro nomine celebratis synodales & alios processus inhibitiones & mandata emisimus & dedimus emittique & dari nec non quam plura provincialia & synodalia statuta à Rm̄is Dñis Archi Episcopis Metropolitanis Maguntinis nostrisque predecessoribus Episcopis spirensibus dum viverent edita & facta legi & publicari demandavimus, illosque & illa denuo innovavimus & innovata esse voluimus ac nonnullas doctrinas atque salutis monita dedimus prout in eisdem & nostris inde confectis litteris processibus & mandatis vobis patenter publicatis plenius continetur,



netur, qui quidem processus & mandata & si in aliquibus parum, quod dolendum est, profecerint aut fortasse minus diligenter excuti fuerint, in antea tamen illos & illa providentiori studio prosequi ordinabimus ut & rebellibus auferatur transgrediendi temeritas & alij eorumdem correctionibus territi ab hujusmodi alijsque noxijs & vitiosis retrahantur excessibus, idcirco omnes & singulos processus a nobis ut prefertur emanatos & presertim processum nostrum jam proxima synodo preterita post festum sancti Martini celebrata à nobis emissum specificè concubinatum ludum illicitum, criminaque publica consortia mulierum nec non pallia à parte pectoris scissa & aperta, calceosque rostratos vel a parte superiori reflexos statui clericali non congruentes prohibentem, almutiaque sive caputia in delatione sacratissimi sacramenti Eucharistie vel confessionis audientia deferri mandantem & alios processus signanter de beneficiorum resignationibus in fraudem permutationum, questuarijs clericis peregrinis & ignotis ac fraternitatibus sine speciali licentia & mandato nostris minime admittendis vel pronuntiandis, omniaque & singula provincialia statuta & mandata nondum revocata iterum innovamus & innovata esse volumus per presentes illosque & illa ac omnia & singula inibi contenta juxta & secundum omnimodam eorumdem vim formam & continentiam per vos omnes & singulos suprascriptos cujuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis extiteritis in quantum unumquemque vestrum concernere sive tangere videntur.

dentur, in virtute sancte obedientie ac sub universis & singulis penis in eisdem statutis & processibus contentis & promulgatis nec non gravioribus etiam arbitrarijs per nos infligendis penis sententijs & & censuris illos & illa pro repetitis & sufficienter ac si de verbo ad verbum presentibus infererentur expressis habentes inviolabiliter & inconcusse observari tenore presentium districte precipimus & mandamus, Certificantes omnes & singulos &c. Datum & actum in Castro nostro Bruchsell feria secunda post Dominicam *Misericordia Domini* Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto sub nostri vicariatus officij sigillo presentibus appenso.

LXI.

Martini. LXXXV.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. Divinis preceptis & Apostolicis incitatur monitis ut pro omnium nobis subditorum tam clericorum quam laicorum salubri statu impigro vigilemus affectu, ut si quid reprehensionis invenitur obnoxium aut ab ignorantie imperitia aut a presumptionis usurpatione revocemus, sane itaque non sine displicentia accepimus quomodo sint nonnulli sacerdotes tam seculares quam religiosi qui tanta ducantur simplicitate ut se putent impune posse revelare peccatum ipsis in confes-



ne detectum dummodo non nomen aut revelent peccatorem, sicque sepe numero in cancellis publice predicando dicant & exponant ipsis de hoc vel alio crimine etiam interdum pessimo & gravissimo per quod tota communitas & vicinia deturpari ac homines in sinistras duci possent suspiciones alter de altero per conjecturas & verisimilitudines autumando, aliquando etiam iisdem sacerdotes inter se & in convivij & aliquando quod detestabilissimum est coram laicis ubi nulla exposcit necessitas nulla sequitur utilitas nullusque inde fructus quin ymmo vituperium humane conditionis & fragilitatis ac denigratio status illius vel alterius tam ecclesiastici quam secularis tam virorum quam mulierum & quandoque virginum sequi & oriri potest in hec vel similia prorumpunt verba dicentes, quidam prelatus vel sacerdos quidam civis & rusticus quedam virgo vel vidua de hoc vel alio crimine fuit mihi confessâ, adjicientes aliquando locum incolatus ejusdem, cum autem hoc sit contra omnem honestatem atque decentiam contraque bonos mores atque horrendum dictum, cumque etiam sit contra jus scriptum & presertim in Generali Concilio sub formidabilibus penis expresse prohibitum ne quisquam sacerdotum peccatorem sive peccatum verbo vel signo aut alio quovis modo aliquatenus prodât, alicquin non solum à sacerdotali officio deponendus verum etiam ad agendum perpetuam penitentiam in certum monasterium detrudendus sit, qua propter omnibus & singulis presbiteris sub nostris civitate & diocesi constitutis curatis & non



curatis tam religiosis quam secularibus qui confessiones hominum audiverunt sive in futurum audituri sunt in virtute sancte obedientie ac sub penis in dicto concilio generali expressis nec non excommunicationis suspensionis alijsque eciam pecuniarijs & arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligendis penis districtius inhibemus, ne aliquis eorum deinceps de aliquo peccato sibi in foro penitentiali detecto in genere vel in specie in ambone vel extra ambonem, nisi tunc solum quando prudentiori consilio indiget apud eum duntaxat cujus consilium petit sine tamen expressione persone predictae dicat exponat publicet vel revelet, sed secretissime sub silencio & sigillo confessionis teneat, Insuper ut omnes & singulos nobis subiectos maxime clericos, quorum vita & conversatio aliorum veri regiminis exemplar esse debet, a temere presumptionis usurpatione revocemus & ad salutaria dirigamus, omnia & singula decreta instituta processus & mandata precipue de vitio concubinatus, questionarijs clericis peregrinis & ignotis matrimonijs clandestinis fraternitatibus sive stipendijs absque speciali licentia minime admittendis pronuntiandis aut deserviendis fertonibus argenti persolvendis rationibusque faciendis ultimis defunctorum voluntatibus exequendis ac alios quoscunque Synodales processus mandata atque statuta a nobis nostrisque temporibus quomodolibet emissos & emissa per presentes innovantes illos & illa omniaque & singula inibi contenta juxta & secundum omnimodam eorundem vim formam



& continentiam per vos omnes & singulos supradictos cujuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis extiteritis in quantum unumquemque vestrum concernere sive tangere videntur in virtute ejusdem sancte obedientie ac sub universis & singulis in eisdem statutis & processibus contentis & promulgatis nec non gravioribus etiam arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum supradictum infligendis penis sententijs & censuris illos illas & illa hic pro repetitis & sufficienter ac si de verbo ad verbum presentibus infererentur expressis habentes inviolabiliter & inconcussè observari tenere presentium districte precipimus & mandamus. Certificantes &c. Datum & actum in civitate nostra spirensi Crastina omnium sanctorum Anno Domini MCCCCLXXX. quinto sub nostri officij vicariatus sigillo presentibus appenso.

LXII.

Jubilare LXXXVI.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. Altissimo non ambigimus obsequium prestare pergratum, dum nostrorum excessus subditorum signanter clericorum divinis mancipatorum obsequijs corrigimus eorumque vitam mores & actus in melius & ad recti itineris viam quantum in nobis est reformamus, plerosque siquidem Synodales processus & alia mandata preter & ultra

ultra statuta provincialia desuper etiam salubriter
 providentes vobis plus semel ymo singulis sacro-
 sanctis Synodis celebratis insinuata ea propter emi-
 sissimum publicari, quid cuiquam agendum vitandum-
 que foret lucide continentes & continencia quibus
 etiam non paucos speramus errantes ad certitudi-
 nis & bene vivendi semitam Dei gratia reduxisse,
 reliquos itaque pariformiter prout ex injuncte no-
 bis pastoralis dignitatis sollicitudine obligamur re-
 ducere affectantes, ne ipsis forumque lascivie que
 gravi itaque emendatione digna foret diutius delin-
 quendi detur occasio, eosdem processus unacum sa-
 crorum canonum sanctorumque patrum & prede-
 cessorum nostrorum sanctionibus atque provincia-
 libus statutis pretaetis desuper ut prefertur lucu-
 lenter providentibus, dudum crebris vicibus a no-
 bis repetitos iterum & denuo repetere haud du-
 bium credimus profuturum, idcirco omnes & sin-
 gulos processus omniaque & singula mandata statu-
 ta decreta & instituta hujusmodi & precipue de &
 super concubinatus incontinentie tabernariorum
 officiorum ludorum illicitorum blasphemiarum
 conviciorum aliorumque viciorum pravitatibus &
 abusionibus prorsus evitandis & extirpandis nec
 non virtutibus sectandis decentibus & honestis ha-
 bitibus & moribus assumendis fertionibus argenti
 persolvendis & rationibus faciendis atque de que-
 stionarijs & clericis alienis sive in diocesi spirensi
 non beneficiatis aut alias inibi non ordinatis absque
 admissionum litteris nondum expiratis minime ad-
 mittendis, cuncta quoque alia a nobis & predeces-
 soribus



foribus nostris antedictis emanata mandata, in quantum sibi invicem & precipue nostris processibus non contrariantur tenore presencium innovantes & eorundem omnium tenores ac si de verbo ad verbum infererentur pro expressis habentes illos & illa per vos omnes & singulos in omnibus & per omnia singulisque ipsorum punctis & articulis in quantum unumquemque vestrum concernere videntur inviolabiliter & inconcussa sub universis inibi contentis penis sententiis & censuris ac gravioribus etiam arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligendis observari & custodiri volumus atque mandamus, Certificantes &c. Datum & actum in civitate nostra spirensi predicta feria sexta post Dominicam *Misericordia Domini* Anno Dñi MCCCC LXXXVI. johannes Ritter Notarius.



LXIII.

Martini. LXXXVI.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. Superne dispositionis arbitrio in pontificali constituti dignitate vigilisque officium pastoris exercentes inter nostras innumeras quibus occurrentium rerum varietatibus obsidemur illam potissimum amplectendam arbitramur per quam omnes & singulos clericos maxime sacerdotes & presbiteros a carnalibus abstrahamus ille-

lecebris & ad continentiam castitatemque provo-
 cemus prout salus exigit animarum, cause rationabi-
 les persuadent & in Domino conspicimus salubri-
 ter expedire, sane licet nedum viciū concubina-
 tus sed & quevis luxuria sive incontinentia clericis
 & maxime presbiteris sit ipso jure prohibita damp-
 nata & reprobata gravissimaque penitentia ipsis
 clericis eciam pro simplici fornicatione imponenda
 & ob hoc ex multis & diversis provincialibus con-
 cilijs & Episcopalis Synodis statuta prohibitiones
 & processus penales contra clericos tam concubi-
 narios quam alios incontinentie vicio laborantes
 emanaverint, nosque similiter contra hujusmodi
 concubinarios nostrarum civitatis & diocesis spi-
 ritus processus nostros varios & quidem formida-
 biles & diras in se continentes penas pro hujusmo-
 di vicio concubinitus extinguendo promulgaveri-
 mus, nichilominus tamen validus & frequens cla-
 mor ad nos perduxit quod nonnulli ymmo ut asse-
 ritur multi per civitatem & diocesim nostras adeo
 patule & publice secum tenuerint teneant mulieres
 suspectas & concubinas tamque reprehensibilem
 cum eis agant vitam, quod exinde Layci non tan-
 tum scandalifantur sed & ipsi eorum exemplo simi-
 liter peccandi sumant occasionem, cum autem hu-
 jusmodi clericorum sicut premititur delinquen-
 cium audacia ymo temeritas id exigat ut non simus
 sola hujusmodi delictorum prohibitionem contenti
 sed etiam penam delinquentibus imponamus, nam
 si hujusmodi vicia de quibus vehementer Deus of-



fenditur, uſque differimus, ad irascendum utique divinitatis pacienciam provocabimus; ideo vos omnes & singulos ſupradictos & quemlibet veſtrum requirimus monemus & hortamur in Domino ac in virtute ſanctę obediencie diſtincte precipiendo mandamus, quatenus in premiſſis culpabiles concubinas & mulieres ſuſpectas infra quindenam poſt inſinuationem preſentium, quorum quinque pro primo, quinque pro ſecundo & reliquę quinque dies pro tertio & preſcripto termino ac canonica monitione eiſdem & cuiſlibet eorum preſigimus in hiſ Scriptis a ſe abiciant & excludant, eaſque realiter & cum effectu dimittant nec eaſ vel alias in earum locum ſumant vel recipiant atque Deo & nobis infra menſem a publicatione preſentium de huiusmodi exceſſu emendam faciant condignam, ſe quoque a penis & ſententijs in preallegatis ſtatutis & proceſſibus contentis abſolvi procurent, alioquin ad eaſdem & graviores contra culpabiles in premiſſis procedemus penas iuſticia mediante, & nichilominus eoſdem & quoeſcumque alios clericos maximeque ſacerdotes & prebiteros per viſcera miſericordie Dei & per paſſionem Domini noſtri Iheſu Chriſti hortamur ut de cetero caſte vivere ſtudeant, quatenus in conſpectu Dei omnipotentis puro corde valeant miniſtrare, Inſuper ad noſtram devenit noticiam, qualiter in nonnullis eccleſijs civitatis & diocęſis noſtre ſpirenſis vaſa miniſterij & veſtimenta miniſtrorum ac palee altarium nec non & ipſa corporalia tam immunda relinquuntur quod interdum medum celebrantibus ſed & circumſtanti-

bus



bus aspectus eorum nauseam & horrorem generet, cum autem nimis absurdum videatur in sacris talibus negligere sordes que dedecerent etiam in prophanis, idcirco sacri generalis ac laudabilis Sancte Moguntinensis conciliorum vestigijs inherentes volumus & sub suspensionis alijsque arbitrarijs penis precipimus & mandamus hijs quibus earundem vestium custodia atque cura commissa est ut hujusmodi vasa vestimenta pallas & corporalia munda & nitida conservent, preterea omnes & singulos processus Synodales tam a predecessoribus nostris quam a nobis publicatos omniaque & singula synodalia & provincialia statuta & instituta quomolibet edita & facta non revocata nec non omnia & singula puncta in eisdem descripta & contenta juxta & secundum omnimodam eorundem statutorum & processuum vim formam continenciam & tenorem per vos omnes & singulos supradictos cujuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis extiteritis in quantum unumquemque vestrum concernere sive tangere videantur in virtute ejusdem sancte obedientie ac sub universis & singulis in eisdem statutis & processibus contentis & promulgatis nec non gravioribus etiam arbitrarijs per nos infligendis penis sententijs & censuris illos illas & illa hic pro repetitis & sufficienter ac si de verbo ad verbum presentibus infererentur pro expressis habentes inconcusse & inviolabiliter observari tenore presentium districte precipimus & mandamus, Certificantes &c. Datum & actum in Civitate nostra spirensi predicta feria sexta proxima post festum omnium sanctorum Anno Domini Millesimo



quadringentesimo octuagesimo sexto. johannes
Ritter Notarius.

LXIV.

Jubilare LXXXVII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. Ammonent plerumque pastoralis officij nostri diligentia & suscepti cura regiminis ea que pro religionis & clericorum nobis subjeutorum honestate conservanda provida sunt deliberatione ordinata, per nos jugi sollicitudine tanteque maturitatis providencia ab omnibus inviolabiliter observari demandari ut exinde eorundem subjeutorum signanter clericorum qui mundanis abjectis illecebris pre ceteris castius & honestius vivendo lumbos restringere jubentur, saluti statui commode provisum & perversorum calumpniosis machinationibus ne alijs prebeant delinquendi audaciam utiliter conspiciatur obviatum, hujus namque rei gratia nos vigilantie nostre sollicitudinem adhibentes licet plerisque processus Synodales preter & ultra varia sanctorum patrum & predecessorum nostrorum salubria provincialia & synodalia mandata desuper solerti providencia tam de & super concubinitus & incontinentie & alijs pravis vicij scandalis & abusionibus prorsus vitandis & extirpandis quam virtutibus & decentibus moribus quibus de bono in melius & tandem ad patriam pervenitur



venitur eternam sectandis & assumendis sub formidabilium censurarum penis aliasque & alia emiserrimus fecerimus & fieri mandaverimus prout in eisdem processibus vobis plus semel publicatis plenius continetur & habetur, eosdem tamen processus provincialiaque & synodalia mandata antedicta cum illorum frequens repetitio agri Domini cultura censeatur sepius revolvi & innovari credimus profuturum, ea propter omnes & singulos processus synodales a nobis quemodolibet emanatos & emanata, quorum omnium tenores pro sufficienter expressis haberi volumus tenore presentium innovantes illos & illa per vos omnes & singulos cujuscunque dignitatis preeminentie vel conditionis fueritis sive fuerint in omnibus & singulis eorum punctis & articulis prout unumquemque vestrum concernere videntur observari & custodiri in & sub penis sententijs & censuris inibi contentis & gravioribus etiam arbitrarijs per nos vel Vicarium nostrum infligendis districte precipimus & mandamus. Insuper quia nonnulli clerici ut accepimus status & gratijs eorundem inimiciores detestabile concubinatus maleficium non abhorrentes ymo etiam prolem ex damnato coitu susceptam in domibus eorum manifeste nutriunt ac in locis publicis cum dampnata prole jactitantes sese ostentant & quod horribilius est ad sacrum altaris officium sinuoso & tortuoso incesu elata cervice posse pro ministrantibus de malicia sua gloriantes publice per ecclesias ductitant in totius cleri maculam per quam ignominiosam, cum autem non solum a
malo



malo verum ab omni specie mali abstinendum esse didicerimus, videamus etiam per eam maculam omnem clericum detestabiliter infamari, ne autem per nocentes reliquus innocens infametur ac ut peccandi licentia ceteris auferatur & ipsi culpabiles ad penitentiae fructum trahantur, districte precipiendo mandamus, ne aliquis clericorum dampnatam prolem suam in domo sua publice nutriat neque in vijs aut stratis publicis cum eadem dampnata prole deambulet aut conversetur, nam in tali flagitio contaminati indignant reficant facti memoriam, valet enim talibus pro salute anime sue mutatio dampnate proles, plerumque enim dum evitatur dampnata proles, mutatur mentis affectus, congruum est illud corporaliter evelli per quod quisque illecebris deservivit, nam dampnata proles, circa quam quis prave vixerit in aspectu viventis apponit quod sepe cogitavit vel gessit, Inhibemus etiam districte ne aliquis sacerdotum ad altaris officium dampnatam prolem suam in ministrum sumat, cum indecorum sit ut in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret, in quo unigenitus Dei filius eterno patri pro salute humani generis victimatur. Certificantes &c. Datum & actum in oppido nostro Udenheym feria tertia pasche Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo nostri sub vicariatus sigilli appensione. Johannes Ritter Notarius.



LXV.

Martini. LXXXVII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis &c. juxta credite dispensationis officium regimini nobis commissorum non immerito insudantes pro illorum omnium signanter clericorum quorum vita & conversatio aliorum veri regiminis exemplar esse debet reformandis moribus statuque salubriter dirigendo sanctorum patrum decreta nec non provincialia & synodalia instituta processus & mandata desuper luculenter providencia sicut equanimiter a singulis summa diligencia memorie commendanda ac effectu prosequente servanda sunt, ut illa crebra revolutione repetere perutile recensemus, quam ob rem districte precipiendo mandamus quatenus singuli Decani & Camerarij statuta provincialia & synodalia actu non habentes illa sibi infra unius mensis terminum disponere & in eorum convocationibus inter se celebrando apportare ac ibidem mature juxta temporis exigentiam legi procurent, sane quia plerumque executores ultimarum voluntatum contra provincialia & synodalia statuta bona defunctorum per se aut substitutos emunt aut fere antequam defuncti cadaver terre commendetur laycorum multitudinem in defuncti habitationem tanquam ad diripiendam predam introducunt districte sub excommunicationis pena inhibemus, ut de cetero nulli clericorum executores de bonis defuncti aliquid vendant aut distrahant, nisi nostra aut vicarij nostri desuper licentia in scriptis
ob-



obtenta, consideramus insuper plures clericorum
 licet nulla dignitate preeminencia aut officio pre-
 fulgeant annulos aureos ac cordulas manicatas &
 stolas ex sindone gestare, quo fit ut laici talem in
 eis luxuriam videntes non leve in clerum omnem
 suscipiant odium ex quo murmur suboritur damp-
 nabile, inhibemus igitur ut a similibus abstineant
 & abjectis mundanis illecebris cum omni reveren-
 tia pre ceteris honestius vivant, pervenit quoque
 non sine dolore ad aures nostras clericos quosdam
 etiam tempore divinorum abjecta nedum religio-
 ne verum etiam tunica vel alijs vestibus more secur-
 rarum inter laycos balistarum ludis insudare, quod
 quam illicitum & dampnabile sit jura omnia clami-
 tant, quare similiter inhibemus ne aliquis clerico-
 rum sagittariorum ludum exerceat aut publice in-
 terfit, cum autem proch dolor plures in agro di-
 vine legis tribulos & non grana seminent, hoc est,
 sub specie boni indulgencias interdum ut timetur
 non concessas aut forte expiratas publicare audeant,
 mandamus ut nulli collectores aut questores in ec-
 clesijs publicare indulgencias aut colligere permit-
 tantur, nisi litteras nostras aut vicarij nostri non
 expiratas ostenderit testimoniales, neque ad am-
 bones admittantur, nisi id per expressum in nostris
 litteris desuper concessis contineatur, neque trun-
 cos aut pixides in ecclesijs vestris absque nostra aut
 vicarij nostri in spiritualibus licentia & auctoritate
 exigere permittatis, Certificantes &c. Datum &
 actum in Civitate nostra spirensi crastina omnium
 sanctorum Anno &c. Octuagesimo septimo. Jo-
 hannes Ritter notarius.



LXVI.

Jubilate. LXXXVIII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis Venerabilibus &c. Cum omnem statum ecclesiasticum his temporibus tranquillitate sua privatum videamus & undique insurgant qui devotas mentes inturbare conantur, non abs re visum fuit pro tantis incommodis ad intemerate virginis auxilium confugere que precibus suis omnium hostium nostrorum consilia irrita vanaque reddere indubie novit, eam ob rem in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus in omnibus collegiatis & parochialibus ecclesijs juxta cujuslibet loci oportunitatem aliquo sabatho convenientiori ante festum Penthecostes proxime futurum solemniter decantari missas in honorem commemorationis beatissime Marie Virginis & in parrochijs die Dominica proxima precedenti hujusmodi populo publicentur, ut & devotius ad tales missas convolare possit, Inhibemus etiam ne Rogacionum Ascensionis Domini vel alijs diebus cum vanis & detestabilibus dissolutionibus cruces vexilla & sanctorum reliquie ut in certis locis factum exstitit deportentur, sed precipue clerici cum humilitate sine murmure & risu incedant neque etiam Eucharistie sacramentum per Campos vel circuamen quoquomodo aliquo dierum portent seu portari permittant dempto festo corporis Christi quacunque consuetudine haectenus introducta non obstante, nisi licentia



tia speciali desuper a nobis seu vicario nostro ob-
 tenta, quia autem in plerisque sinodalibus processibus
 atque mandatis nostris que emisimus lucide continetur,
 quid cuique agendum vitandumne foret, quibus etiam
 non paucos errantes speramus ad recte vivendi viam
 Dei gratia reduxisse, reliquos itaque pariformiter
 reducere affectantes ne ipsis eorumque lascivie que
 gravi utique emendatione digna foret diutius delin-
 quendi detur occasio, eosdem processus unacum sacro-
 rum canonum sanctorum quoque patrum sanctionibus
 atque provincialibus institutis desuper luculenter
 providentibus dudum crebris vicibus a nobis repetitis
 iterum & de novo repetere haud dubium credimus
 profuturum, idcirco omnes & singulos processus
 omniaque & singula mandata decreta & instituta
 hujusmodi & precipue de & super concubinitus
 incontinentie tabernariorum officiorum ludorum
 illicitorum blasphemiarum aliorumque viciorum
 pravitatibus & abusionibus prorsus evitandis
 & extirpandis, nec non horis canonicis
 persolvendis virtutibus sectandis decentibus
 & honestis habitibus & moribus quibus de
 bono in melius & demum ad eterne salutis
 patriam itur assumendis, de questionarijs &
 clericis alienis sive in dioecesi spirensi non
 beneficiatis absque admissionum litteris non-
 dum expiratis minime admittendis, benefi-
 ciorumque in permutationis fraudem non
 resignandis, cuncta quoque alia a nobis
 emanata mandata tenore presentium innovan-
 tes & eorundem omnium tenores presentibus
 ac si de verbo ad verbum insererentur pro
 expressis ha-
 ben-



bentes illos & illa per vos omnes & singulos & per omnia singulisque ipsorum punctis & articulis in quantum quemque vestrum concernere videntur inviolabiliter & inconcusse sub universis inibi contentis penis sententijs & censuris & gravioribus etiam arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligendis observari & custodiri volumus atque mandamus. Certificantes &c. Datum in opido nostro Udenheim sub officij Vicariatus nostri sigilli appensione, die vicesima quarta mensis Aprilis Anno &c. LXXX octavo. Johannes Ritter Notarius.

LXVII.

Martini LXXXVIII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus Spirensis venerabilibus &c. Pro salute gregis nobis commissi multis varijsque lucubrationibus inherendo omnem in tranquillitatem status Ecclesiastici quam his nostris temporibus gemendo cernimus ex tepida cleri devotione ipsorumque diversa crimina evenire suspicamur, quibus autem remedijs singula eorum vitia extirpari possint vires nostras nisi altissimi consilio adjuti fuerimus excedit, ejus autem auxilium adepturi sumus si devota & ex intimis visceribus sincera confessione preterita diluamus peccata & a futuris cum effectu abstinemus, sed proch dolor audivimus aliquos plurimum inutiles facere consuevisse querendo sacerdotes qui le-

Tom. XII.

R

pram



pram forte a lepra discernere non possunt aut qui
 jus solvendi non habent, cum non liceat passim
 etiam sacerdotem cuique sacerdoti confiteri nisi de
 speciali licentia nostra aut superioris nostri desuper
 obtenta, ymmo quod pessimum est plures cum me-
 dici gererent vices vulnera periculosissima devotis
 pectoribus intulisse cruore, sub pena suspensionis
 & alijs arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in-
 fligendis districte precipiendo mandamus ut nullus
 sacerdotum clerici seu laici cujuscunque sexus con-
 fessionem audiat nisi sibi expresse constet quod in
 eum habeat jus ligandi & solvendi propria aut su-
 perioris obtenta auctoritate sive ex indulto quod
 confitens a superiore suo obtinuerit, ipsi vero sa-
 cerdotes confessiones precipue mulierum humili
 vultu & oculis ad terram defixis audire debent,
 quoniam autem multi rudes sunt in faciendis con-
 fessionibus publice ab eorum plebanis in cancellis
 instruendi sunt ut cum humilitate & reverentia fle-
 xis genibus junctis manibus discooperto capite sa-
 cerdotem accedant, mulieres quoque instruende
 sunt, ne ante faciem sacerdotis sed ad ejus latus se
 collocent ne in facie videantur, quas confessores
 tam honeste relligiose ac sancte audire & interro-
 gare debent ut pater celestis qui omnia in abscon-
 dito videt in nullo offendatur, ad audiendum autem
 confessiones eligendus est in ecclesia locus commu-
 nis & patens ut ab omnibus possit videri confessor,
 ne de loco suspecto scandalum aut suspicio oriatur,
 quare sub pena suspensionis ab officijs Divinorum
 districte precipiendo mandamus ut nullus sacerdos
 nostrarum civitatis & diocesis in domo vel in an-
 gulis

gulis aut locis secretis ecclesie suorum subditorum precipue mulierum confessiones audiat, nisi evidens causa necessitatis id deponat, illos vero qui sciunt aut audiverint aliquos ex sacerdotibus extra ecclesiam aut in ecclesia in angulis aut locis obscuris & non patentibus necessitate excepta suorum subditorum confessiones audire nisi id superioribus suis cum commode poterint revelent & manifestent excommunicationem late sententie ipso facto se noverint incurrisse a qua non nisi a nobis aut Vicario nostro absolvi poterint, sunt etiam nonnulli clerici qui palleis seu mantellis penitus apertis & pectoralia patentia ostendentes more histrionum pilleolis parvulis ac inflexis alijsque inhonestis & indecentibus vestibus deambulare non formidant in non modicum tocus clericalis status denigrationem, quam abusionem licet plerisque nostris processibus dudum inhibuerimus, illam tamen denuo prohibere cogimur, unde districtius & sub penis antedictis inhibemus, ne aliquis clericorum hujusmodi indecentibus & inhonestis vestibus in futurum procedere presumat, cupientes etiam subditorum nostrorum signanter clericorum salutis statui consulere plerosque processus emisimus quos omnes & singulos & signanter contra concubinarios questoribus quoque & presbiteris ignotis non admittendis & quecunque alia a nobis emanata mandata omniaque & singula sanctorum Patrum & predecessorum nostrorum salubria statuta provincialia & sinodalia iterum & denuo innovando & repetendo illos & il-



la in & eam singulis ipsorum punctis & articulis per unumquemque vestrum prout quemlibet concernere videntur sub quibuslibet penis sententijs & censuris inibi iacius & gravioribus etiam arbitrarijs infligendis que omnia & singula pro sufficienter expressis & repetitis habere volumus inviolabiliter & inconcussè, precipue autem confessionis materiam singulorum auribus inculcari, admonendo subditos quatenus à crapula & commestationibus abstineant ne pectora eorum secularibus illecebris enerventur, neve largioribus epulis mens gravata minus ad hec juxta salubria statuta evigilet. Certificantes &c. Datum in Civitate nostra spirensi sub vicariatus nostri sigilli appensione die lune mensis novembris tertia Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo.

LXVIII.

Jubilate. LXXXIX.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis Venerabilibus &c. Dudum juxta pastorale nobis in junctum officium plures emisimus in Sacrosanctis Synodis processus, per quos favente Altissimo plurimorum erroribus vicijsque succursus est, quam ob rem illis qui mandata nostra attentè susceperunt aure ac jussa nostra debite mandarunt executioni, benedicimus in Domino pollicentes eisdem datorem bonorum omnium obedientie sue meritum in celestes relaturum thesauros, & ne hostis antiquus qui



qui undique circuit ut devoret, multiplicia scandala in grege dominico suscitare queat, mandamus districtè sub pena obedienciè precipiendo, quatenus clerici omnes honesto habitu non inflexis pilleolis neque apertis in pectore aut latere sed utique clausis incedant mantellis, tabernas publicas artem sagittandi & omnes illicitos usus ac fathane instrumenta scilicet scortorum & concubinarum conversatione penitus evitent, sed professionis sue vocabulum honestissimis moribus gloriosum singulis exhibeant, filijs autem ex dampnato susceptis coitu in divino officio tanquam ministris nequaquam utantur, cum indecorum sit ut in altaris officio illegitimus filius impudica patri ministret, in quo unigenitus Dei filius eterno patri pro salute humani generis victimatur, immo mandamus ut prolem hujusmodi in domibus eorum non nutriant neque publice cum eis deambulent, sed omnino a se expellant, quid enim tibi cum impudica prole o sacerdos! qui ad altare cum Domino fabularis aut qualiter cum eisdem labijs filium Dei oscularis, quibus dampnatam prolem osculatus es, nunquid o juda osculo filium hominis tradis? attenta igitur aure singuli hanc nostram monitionem suscipiant, ne in contrascentes durius asperiusque quam hactenus procedere habeamus; ut autem delinquentibus diutius non detur occasio: omnes & singulos omniaque & singula mandata decreta & instituta & precipue ludorum illicitorum blasphemiarum aliorumque viciorum pravitatibus evitandis fertionibus Argenti persolvendis rationibus faciendis at-



que de questionarijs & clericis alienis sive in diocesi spirensi non beneficiatis absque admissionum litteris nondum expiratis minime admittendis beneficijsque in permutationis fraudem non resignandis, cuncta quoque alia a nobis emanata mandata tenore presentium innovantes & eorundem omnium tenores presentibus ac si de verbo ad verbum infererentur pro expressis habentes illos & illa per vos omnes & singulos & per omnia singulisque eorum punctis & articulis, in quantum quemque vestrum concernere videntur inviolabiliter & inconcussa sub universis inibi contentis penis sententijs & censuris ac gravioribus etiam arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligendis observari & custodiri volumus atque mandamus. **Certificantes &c.** Datum feria tertia pasche Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, nostri sub sigilli appensione.

LXIX.

Martini. LXXXIX.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis Venerabilibus &c. Pastoralis officij nostri precipua circa hoc unum postulat, ut non solum predecessorum nostrorum aut nostra statuta processus leges & mandata faciamus charitati vestre sepius publicari sed etiam circumspēctis oculis consideremus transgressores & eos condigna pena plecti procuremus, quid enim prodesset accumulare nova vete-

veteribus, quid referret novas semper sanctiones instituire si neque nova neque vetera contingeret à nostris subditis observari. Nos itaque pro religionis incremento pro animarum vestrarum salute pro scandulo populi tollendo pro maximi summi- que Dei gloria multiplicanda plurimum conducibile atque necessarium arbitrati sumus una voce mentem nostram aperire, ut videlicet omnes predecessorum nostrorum & nostros processus sinodales omniaque & singula sinodalia & provincialia statuta & instituta quomodolibet edita & facta non revocata omnes institutiones monitiones prohibitiones & quidquid superioribus diebus hoc loco promulgatum est, quod ad vitam & honestatem clericorum attinere videbitur ab omnibus & singulis nostre ditioni subjectis juxta differentiam & gradus personarum inviolabiliter & inconcussè sub universis & singulis in eisdem processibus statutis & monitionibus contentis atque promulgatis nec non gravioribus etiam arbitrarijs per nos infligendis penis sententijs censuris volumus observari, exhortantes obtestantes & avisantes fidelissime & exactissime dilectionem vestram ut ne de cetero surdis auribus transeat nostram ac mandata alia pre expressa, sed eo diligentius observetis quo minus à nobis condigna pena velit affici, nam certos vos esse per presentes volumus nos nequaquam a penis & censuris ecclesiasticis adversus transgressores infligendis, ymo nec a privatione interveniente juris ordine cessaturos, donec contumacia rebellio & inobedientia plene comprimatur atque puniatur. Ce-



terum ne aliquis per ignorantiam sive contumaciam se excusare presumat districte & sub suspensionis pena ab officijs divinatorum in his scriptis late sententie precipiendo mandamus quatenus nostre majoris & aliarum civitatum infra triduum proximum nec non quarumcunque ceterarum collegiarum Diocesis spirensis ecclesiarum ac singuli sedium ruralium Decani sive Camerarij aut ipsorum nuntij antequam a dicta nostra civitate spirensi recedant, presentis nostri processus copiam recipiant nec non inibi contenta & alia statuta sinodalia & provincialia predicta semel in anno ad minus signanter tamen hunc nostrum processum de verbo ad verbum in proxima ipsorum convocacione publice insinuari legi & ordinari ac publicari ordinent atque procurent. In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Crastina animarum Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono.

LXX.

Jubilate. XCII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. Quoties terribilem sententiam legimus vel audimus qua nobis & ceteris coepiscopis nostris Deus omnipotens per Ezechielem loquitur: speculatorem seu potius Episcopum dei te domui Israhel hoc est populo Christiano, si non annuntiaveris neque locutus fueris impio, ut
aver-



avertatur a via sua impia & vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram. profecto plurimum tremur & toto corde contremiscimus, quippe qui justissimo Deo & judici terribili in consilijs super filios hominum districtissimam de nostris animabus redditori sumus rationem & eo terribiliorem, quo cum divinarum legum transgressores vos esse non pudet, laicis & populo longe periculosius intollerabiliusque delinquitis atque peccatis, verum etenim est verbum istud quod quidam sanctissimus veteres inquit scrutans historias, invenire non possum scidisse ecclesiam & de domo Dei populos seduxisse, preter eos qui sacerdotes a Deo positi fuerant & prophete & sicut de templo omne bonum egreditur ita & de templo omne malum procedit, si enim sacerdotium integrum fuerit, tota ecclesia floret, si autem corruptum fuerit, omnis fides & virtus marcescit, sicut cum videris arborem pallentibus folijs, intelligas quia vicium habet arbor in radice, sic cum videris populum indisciplinatum, cognosce quia sacerdotium ejus non est sanum, itaque ut ceteras vestras levitates & negligencias omittamus, hoc unum fide dignis auctoribus persepe certiores redditi cum dolore referimus, quod in letania majori que festo Marci peragitur & paulo post tribus diebus Rogacionum Dominicam Ascensionem precedentibus olim a sanctis Patribus pro impetranda pace, pro incremento terre nascentium pro auferranda mortalitate salubriter institutis, vos ejusmo-



di sanctas processiones & ceremonias indiscrete
 perfuntorie scurriliterque absque timore Dei sive
 pudore hominum absque omni devocione celebra-
 tis, pauci enim ex vobis dicuntur conformiter ca-
 nere, paucissimi summum Deum laudare, sed
 magna pars vestrum confabulationibus cachinnis
 evagationibus impudicis aspectibus & levitatibus
 alijs multis operam dare consuevit in offensam di-
 vine Majestatis in seductionem simplicium in scan-
 dalum populi in detrimentum nostre religionis &
 in non mediocrem ecclesiastici status contemptum
 usque adeo ut non solum hostes nostri derideant
 sabbatha & ineptas ceremonias nostras, sed eciam
 cum Deum nobis & populo placare ejusque largi-
 flua beneficia impetrare debeamus propter tepidas
 indevotas steriles Deoque ingratas & nimirum dis-
 plicentes ceremonias & processiones cum damno
 nostro sentiamus christianorum principum discor-
 dias oriri, lites & bella crebro suscitari, assiduam
 inobedienciam & rebellionem subditorum nasci,
 nullam militum defensionem vigere, perire fruges,
 vineas calamitate quassari, pene nullas posse deci-
 mas inferri & utinam has temporales penas a Do-
 mino Deo propter indevotionem & nostri cordis
 ariditatem juste nobis inflictas sempiterna quoque
 supplicia tandem non comitentur, hanc ob rem
 exhortamur accuratissime ut diebus Rogationum
 proximis & deinde singulis annis tamquam sacer-
 dotes non tamquam persone leves tamquam me-
 diatores & intercessores populi tamquam viva ple-
 bis exemplaria, tamquam hij qui in labore homi-
 num



num non sunt, attamen de labore hominum delicate vivunt mature & graviter modeſte & humiliter, ſine murmure ſine colloquio ſine diſcuſſatione in ordine perambuletis Deum laudantes, Deo pſallentes populum ad devocionem excitantes omni prorsus ſcandalo contemptu & detrimento ſtatus eccleſiaſtici ſublato. Alteram deinde levitatem eradicare cupientes prohibemus ne Clerus noſter in tabernis aut quibuſcunq; conventiculis laicis bibendo commeſſando ludendo ſe commiſceat, quoniam ex hoc inequalium virorum conſortio innumera pericula ſurgunt, vident enim & audiunt laici alioquin clericis opido infeſti levitates ſacerdotales, abſurdos eorum mores, crapulam & ebrietatem lubrica & obſcena verba, blaſphemias nugas perjuriam cupiditatem fraudes jurgia contentiones & cetera vitia que ex ludo proficiſcuntur hoc quoque nobis moleſtum eſt neque diucius ſuſtinere poſſumus, quod poſt tot mandata tot prohibitiones tot multum ſacerdotum manifeſtas punitiones adhuc viget in noſtro clero maledictum vicium horrendi concubinatus, volumus & precipimus ut quilibet ſuam cum qua ſuſpectus eſt, meretriculam ſub pena a Canonibus ſtatuta infra novem dierum ſpaciū poſt preſencium litterarum publicationem immediate ſequentium amoveat deſerat derelinquat & eas etiam concubinas quilibet de clero noſtro cum effectu expellat, neque viſitet neque ad ſe viſitandum permittat que vel propria ſponte legitimos viros duxerunt vel quibus vos ipſi in velamen & umbram quandam ſecte honeſtatis de maritis, qui .



qui vestras nequitas tegant, providistis, falso putantes, affectu carnis nondum extincto, vos inde licenciam habere concubinatus, unde multo gravius quam antea cum majori scandalo & continuo rumbore populi peccatis, volumus ergo ut concubinas aut mulieres vobiscum suspectas sive solutas sive maritatas a vestro contubernio efficaciter repellatis, eas inquam concubinas, que constanciam capte mentis effeminant, famam denigrant, animam pollunt, conscientiam vulnerant, in peccatis mortalibus celebrare faciunt, clerum contemptibilem reddunt, odia laicorum in sacerdotes provocant, scandalum augment, animos inquietant, corpora debilitant, vitam abbreviant, Christi patrimonium pauperibus debitum absorbent & tandem ad inferos misere trahunt & precipitant, postremo in nostris personuit auribus non nullos nostre diocesis sacerdotes negociacioni & mercancijs intendere, prohibemus hinc questum Clero precipue turpem & minime concessum dicente jheronimo, Negotiatorem clericum tamquam pestem seu potius diabolum fuge, obsecramus eciam in Domino ihesu, ut vina frumenta aut res quaslibet populo necessarias vendituri licitos rationabiles & honestos contractus celebretis nequaquam vendentes rem quamecunque majori precio propter solucionis dilationem, quam prompta pecunia comparari possit, a quo quidem contractu propter honorem Dei & caritatem quam in pauperes clerus in primis gerere tenetur, salutem vestre consulentes cessare & abstinere dignemini exhortamur & si equum est petimus

mus & vehementer efflagitamus, non enim expectantes constituto tempore solutionem plus aliquid datis emptori quam gratiam temporis, tempus autem quod in nostra non est potestate neque vendi neque pro majus justo precium recipi potest, neque ex affectu cujuslibet sed ex communi estimatione que currit tempore contractus seu venditionis justum rei venalis precium constitui debet. Nos itaque terribili Ezechielis sententia persuasi deinceps contra manifesta vicia contra lufores & ebriosos contra negotiatores & concubenarios irrefragabiliter processuri sumus, namque ut id faciamus Deus non admonet, omnis scriptura predicat, ratio diffinit, laici clamant, nostra Conscientia nos urget, honestas petit, religio flagitat, quid plura, melius est hic temporali pena transgressores affligi quam & nos ipsos & predictis criminibus irretitos sacerdotes perpetuis ignibus excrucianos deputari. Certificantes &c. Datum in Castro nostro Kyrwyler Crastina sanctorum Philippi & jacobii Apostolorum Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

LXXI.

Martini. XC secundo.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis Venerabilibus &c. Ex pastoralis cure debito pro salubri statu nostrorum subditorum potissimum divino



vino cultui aſcriptorum intente cogitacionis aſtioni extendentes ac noſtre conſideracionis intuitum ad eccleſiaſtice religionis in eccleſijs nobis ſubjectis augmentum & conſervationem retorquentes animo revolvimus longa experientia informati, quod ſcelerum impunitas, que malorum armat audaciam boniſque & juſtis tranſit in penam & penale ſupplicium puniendis remittit, rem publicam precipue eccleſiaſticam religionem confundit & deſtruit, nam ſpecialis preeminentie gradu ad regale ſacerdotium vocati ut provida eorum, diſpenſatione plebs chriſtiana gubernetur, verbo quoque & exemplo proficerent, illorum deteſtabilis vita chriſtianam religionem profitentes ad eccleſiaſtici ſtatus contemptum & denique Dei omnipotentis irreverentiam provocat & in divino obſequio perſolvendo remiſſos efficit, nos quantum poſſumus premiſſa pre-
 vere & illis obviare volentes & ne ſanguis ſubditorum noſtrorum juxta prophete dictum de noſtris manibus requiratur, proceſſum in proxima ſinodo *jubilate* anni currentis a nobis emiſſum & publicatum cum omnibus & ſingulis in illo contentis innovamus & repetimus ac eundem pro repetito & in novato omniaque & ſingula in eo contenta ſub penis & cenſuris inibi expreſſis & precipue de concubinatus vitio mercantijs negociationibus ſecularibus alijsque pravīs vanitatibus ac tabernis ſive hoſpicijs publicis vitandis ſcilicet abſque neceſſitatis cauſa non frequentandis, queſtionarijs quoque ſeu clericis peregrinis & in aliena dioceſi ordinatis ſine



nostra vicarij nostri seu officij vicariatus locum tenentis licentia sine litteris minime habitis non admittendis ac fertionibus ultimarum voluntatum solvendis nec non computibus & rationibus earundem ultimarum voluntatum per executores desuper faciendis firmiter observari volumus & mandamus & nichilominus vobis omnibus & singulis supraddictis sub excommunicationis & suspensionis penis firmiter & districte precipiendo mandamus ne quicumque vestrum Lumbasij sive vestimentis exequis pectoralia patencia ostendendo aut alias vestibus indecentibus incedere nullus eciam plebanus aliquam commendam deservire aut ab ecclesia sua se absentare seu matrimonia temporibus prohibitis in facie ecclesie intronizare aut aliquis clericorum potestati seculari conqueri coram iudicibus secularibus de jure suo experiri causas coram eisdem intentare vel continuare presumat aut a laicis coram eisdem iudicibus secularibus se convenire paciatur, insuper fide dignorum relatione percepimus, quod non multi clerici nobis subiecti quibus juxta sanctorum patrum sanctiones & decreta pacifice vivere & devota obsequia precipue in ecclesijs Deo persolvere incumbit & quod detestabilius est aliqui presbitari sacris vestibus pro ministerio altaris ad celebrandas missas induti in presentia laicorum inter se contendere & despectuosus vel etiam obprobriosus se mutuo afficere non formidant in Dei omnipotentis nostri salvatoris irreverenciam & ecclesiastici status dedecus & contemptum, que furda aure preterire seu tolerare
non



non possumus neque debemus, idcirco vobis omnibus & singulis supradictis districte precipiendo mandamus ut ab hujusmodi contencionibus jurgis rixis & diffensionibus presertim in ecclesia & tempore divinorum abstineatis, nullus eciam alterius sive clerici sive laici bonam famam statum seu honorem denigrare aut alicui quovis modo detrahere seu quempiam in corpore vel membris ledere seu dampnum inferre presumat, & si quid querele adversus quempiam habere pretendat, coram suo superiore prout de jure experiatur sub penis gravissimis juxta nostrum vicarij nostri seu locum tenentis arbitrium ultra penas in jure vel statutis provincialibus contentas expressas irremissibiliter infligendis. Certificantes &c. Datum in Castro nostro Udenheim Crastina omnium animarum Anno Dñi MCCCC nonagesimo secundo.

LXXII.

Jubilate. XCIII.

Ludovicus Episcopus spirensis venerabilibus &c. Catholice religionis fervor pastoralisque officij nostris humeris impositi cura exigere videntur, ut nedum predecessorum sed & nostra salubria mandata pro totalis clericalis status conservatione, ecclesiasticorum virorum honestate & utilitate edita ab omnibus quorum interest vel intererit inconcusse observari per-
vigili

vigili studio demandamus, qua propter omnes & singulos processus sinodales tam a predecessoribus nostris quam a nobis publicatos omniaque & singula sinodalia & provincialia statuta & instituta quomodolibet edita & facta non revocata nec non omnia & singula puncta in eisdem descripta & contenta juxta & secundum omnimodam eorumdem statutorum & processuum vim formam continentiam & tenorem per vos omnes & singulos suprascriptos cujuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis extiteritis in quantum unumquemque vestrum concernere sive tangere videantur in virtute sancte obedientie ac sub universis singulis in eisdem statutis & processibus contentis & promulgatis nec non gravioribus etiam arbitrarijs per nos infligendis penis sententijs & censuris illos illas & illa pro repetitis & sufficienter ac si de verbo ad verbum presentibus infererentur pro expressis habentes inconcusse & inviolabiliter tenore presentium observari districte precipimus & mandamus. Certificantes &c. Datum in civitate nostra spirensi predicta die sabbathi post Dominicam *quasi modo geniti* Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio.

LXXIII.

Jubilate XCIII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. &c. Experimur indies non sine
 Tom. XII. S cor-



cordis anxietate & metus prohibiciones nostras in
 transactis synodis adversus manifestissima cleri sce-
 lera publicatas parum habuisse roboris & momenti,
 cum hodie plerique sint ex grege sacerdotum qui
 nequaquam commoniti divinis legibus nostrisque
 statutis neque metu penarum tum a nobis tempo-
 raliter tum a justissimo Deo eternaliter ipsis insi-
 gendarum a prava conversacione a scandalo popu-
 li ab exorbitancijs indicibilibus à transgressione
 omnis juste constitutionis destitisse videntur, sed
 tamquam clericalis status hanc habeant libertatem
 vivendi ad libitum proprie voluntatis ita vivunt
 lasciviunt insaniant, quid enim profuit totiens pro-
 hibuisse ludos, prohibuisse commestationes & ebrie-
 tatem, prohibuisse indecoras indecentes & inhone-
 stas admodum vestes, nam & gravi querela didi-
 cimus hijs intollerabilibus vicijs clerum nostrum
 quotidie & graviter peccare, Deum offendere, no-
 stra mandata contempnere, populo quoque delin-
 quendi occasionem prebere, statum & honorem
 clericalem denigrare, odia & detractiones laico-
 rum in clericos augere perinde ac si sponte ad in-
 feros descendere & se ipsos precipitare quam eter-
 nam beatitudinem consequi mallent, ita vitam suam
 instituisse cum omnibus bonis & honestis ludere ad
 fortem non liceat, clero tamen imprimis hujusmo-
 di turpissimo lucro sese implicare abhominanda
 confusio est, vinolentos sacerdotes & apostolos
 dampnat & vetus lex prohibet, qualiter autem fa-
 cilis cognoscitur levitas libido impudicitia vani-
 tas ambitio scurrilitas & superbia cordis in sacer-
 dote,

dote, quam ex veste que statum suum nequaquam decent, ex veste inquam inhonesta levi vana & ludibriosa ad hoc audivimus quosdam sacerdotes nocturnis temporibus cum clamore strepitu tumultu lascivia absque omni pudore per plateas hujus nostre ac aliarum diocesis spirensis civitatum circumvagari & quasi cum quadam gloria jubilando perambulare tamquam audiri & cognosci ex propria voce cupiant & tamquam letentur cum male fecerint & exultent in rebus pessimis, turpe est & nobis intollerabile quod sacerdos Deo consecratus Deo patri filium suum offerens populo predicans ipse alios sermone corripiens de tanta petulantia nequitia turpitudine notari & ea vita infamari possit, quam lenones & lictores coram gravibus personis abhorreret. Hortamur monemus & interdiciamus sub suspensionis excommunicationis ac alijs arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligendis penis sententijs & censuris ut de cetero ab hujusmodi discursationibus & clamoribus nocturnis abstineant, quod si in hijs aut alijs quibuscumque excessibus de quibus multiplices processus audiverunt forte deprehensi fuerint, sciant se & nullo pacto dubitent severa & merita punitione afficiendos & nos tarditatem supplicij gravitate compensaturos. Exhortamur etiam in Domino ihesu obsecramus ut confessores peccatores confessos aut peccata eis in confessione detecta neque verbo neque nutu aut signo publicent prodant manifestent neque pro publicis & notorijs criminibus occultam, neque pro occultis & secretis peccatis



publicam emendam cuiusque injungere & imponere presument, cum id ecclesiasticæ sanctiones prohibeant & gravia exinde animarum & corporalia pericula & ipsius confessionis detestanda calumpnia vilipensio fuga & detrimentum oriri possint. Certificantes &c. Datum in dicta nostra civitate spirensi Die sabbathi post Dominicam *quasi modo geniti* Anno XC quarto.

LXXIV.

Fabulate XCIII.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis Venerabilibus &c. Ammonent plerumque pastoralis officij nostri diligencia & suscepti cura regiminis ea que pro religionis & clericorum nobis subjeutorum honestate conservanda provida sunt deliberatione ordinata, per nos jugi sollicitudine tantæque maturitatis providentia ab omnibus inviolabiliter observari mandari ut exinde eorundem subjeutorum signanter autem clericorum qui pre ceteris castius & honestius vivendo lumbos restringere jubentur, salutis statui commode consultum provisum & perversorum calumpniosis machinationibus ne alijs prebeant delinquendi audaciam utiliter conspiciatur obviatum, hujus namque rei gratia nos vigilancie nostre sollicitudinem adhibentes licet plerisque processus Synodales preter & ultra varia sanctorum Patrum & predecessorum nostrorum salubria provincialia & Synodalia mandata

desuper ſolenter providentia tam de & ſuper concubinatus & incontinentie ac alijs pravis vicijs ſcandalis & abuſionibus proſuſ vitandis & extirpandis quam virtutibus & decentibus moribus ſeſtandis & aſſumendis ſub formidabilibus penis aliasque & alia fecerimus emiſerimus & fieri mandaverimus prout in eiſdem proceſſibus vobis plus ſemel publicatis plenius continetur, eoſdem tamen proceſſus provincialiaque & ſnodalia mandata antedicta, cum illorum frequens repetitio agri Domini cultura cenſeatur ſepius revolvi & innovari credimus profuturum, ea propter omnes & ſingulos proceſſus ſynodales & preſertim ſynodalem proceſſum de Letania majori ac alijs rogationum diebus ſanctam feria tertiã poſt Dominicam *jubilato Anno &c.* nonageſimo ſecundo publicatum omnia quoque alia & ſingula mandata noſtro nomine & a nobis quomodolibet emanatos & emanata quorum omnium tenores pro ſufficienter expreſſis haberi volumus tenore preſentium innovantes, illos & illa per vos omnes & ſingulos in omnibus & ſingulis eorum punctis & articulis prout unumquemque veſtrum concernere videntur obſervari & cuſtodi-ri ſub penis ſententijs & cenſuris inibi contentis & gravioribus etiam arbitrarijs per nos vel in ſpiritualibus vicarium noſtrum infligendis diſtrictè preſcripimus, Certificantes &c. Datum Kirwyler feria ſecunda poſt Dominicam *Miſericordia Dni* anno &c. XC quarto.



LXXV.

Jubilate. XC quinto.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. si ea de quibus vehementer Deus offenditur insequi vel ulcisci differimus ad irascendum utique divinitatis pacienciam provocamus, quid autem apud Deum miserabilius tristius & dampnabilius his presertim sacerdotibus alijsque clericis qui ebrietati superbie impudicitie incontinentie commensationibus sompnis jocis ludis alijsque infinitis flagicijs vivere student quibus eorum hujuscemodi actibus ipsum Deum miserabiliter offendi credimus, quandoquidem ex assumpta eorum religione & sanctimonia sobrietati humanitati castitati orationibus jejunijs alijsque bonis operibus maxime indulgere deberent, contra quos tanto diligencius insurgere debemus quanto dampnabilis sanguinem eorum de manibus nostris per justum judicem requiri formidamus, cum itaque varia diversaque quam plurimorum sanctorum patrum Romanorum Pontificum & aliorum Archiepiscoporum predecessorum nostrorum salubria provincialia synodalia & alia statuta atque mandata dudum desuper edita & a nobis per nostros processus plus semel innovata palamque vobis lecta & promulgata in plerisque ex vobis illa & illos surda forsitan aure transire penaque inibi adjectas propter remissam ipsorum executionem parvi pendere non verentibus nihil aut parum profecerint, expedit in antea illis studiosiori
vigi-

vigilantia super intendere nedumque sola penarum comminatione contentari sed & easdem penas contra delinquentes effectualiter executioni debite demandare, ne nobis negligencie vicium valeat aliquatenus imputari, idcirco omnia & singula statuta pretaeta omnesque & singulos processus a nobis & predecessoribus nostris ut prefertur editos sive emissos in omnibus & singulis eorum punctis & articulis presentium tenore innovando & repetendo illos & illa per vos omnes & singulos suprascriptos cujuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis extiteritis juxta & secundum omnimodam earundem continentiam in quantum unumquemque vestrum concernunt in virtute sancte obediencie & sub universis inibi contentis & gravioribus etiam pecuniarijs & alijs arbitrarijs penis sententijs & censuris per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligendis eosdem processus una cum statutis antedictis hic pro repetitis & sufficienter ac si de verbo ad verbum presentibus infererentur, expressis habentes inviolabiliter observari precipimus & mandamus. Certificantes &c. Datum in Civitate Wormatiensi feria secunda post Domini-
cam *Misericordia Dni*. Anno Domini Millesimo CCCCXC quinto.



LXXVI.

Jubilate. XCVI.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. Quemadmodum operosi vigiliisque pastoris solertia oves sue custodie deputatas curat a ferarum preservare incurfibus & ad statum prosperum fetu multiplicato perducere, ita quoque & nos quibus dispositione superna universi gregis Dominici nostre diocesis sollicitudo commissa est, cunctos nobis subditos presertim clericos quos a justicie semita rectaque vivendi norma hostis humani generis dyabolica fraude avertit ac ad multas & diversas iniquitates sceleratosque actus deduxit ad bene vivendi normam reducere depositaque peccatorum sarcina suo reconciliare auctori & supremis desideramus affectibus & studiis intumur indefessis, cum autem tam Apostolus quam sacri Canones summorumque Pontificum decreta provincialia ac Synodalia statuta mandata & comminationes in singulis nostris predecessorumque nostrorum sinodis celebratis successive & particulariter lecta & publicata sive lecte & publicate dilucide docuerint & doceant quales debeant esse sacerdotes qualemque vivendi normam habere & sectari debeant ut Deo placeant eorumque vita irreprehensibilis sit ac ipsis laicis quibus in exemplum positi sunt bonorum operum splendorem faciant ut & eos ad bene beateque vivendum alliciant & provocent, non videtur necessarium in presentiarum singula specificare nisi solam incontinentie labem que



que in clericis maxime sacerdotibus magis vituperanda magisque vitanda & quidem intollerabilis est quomodoque illi obvietur, nichil enim tantopere clericorum vitam depravat, nichil eorum statum ordinem & dignitatem sic denigrat nichil denique sacrum eorum ministerium quo corpus & sanguinem Domini nostri ihesu christi quotidie tractare solent, coinquinat sicut impudica eorum cum mulieribus pravis conversatio cohabitatio comminatioque. quam quidem incontinentiam tanto facilius effugere vitareque possunt quanto magis a vino ebrietate & crapula abstinuerint, sobrietatique & temperantie se se dedicaverint & eisdem studere curaverint, sunt enim vinum & crapula causa efficiens & propinqua luxurie sive incontinentie. quae cessante cessat effectus ipsa videlicet luxuria, dicit namque canon quod ventris ingluvies ad luxuriam facile provocat & omne opus bonum dissolvit, unde venter & genitalia sibi met ipsis vicina sunt, ita ut ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur vitiorum, non debent itaque clerici esse vinolenti ne ebrietate graventur corda eorum ut sensus eorum vigeant semper, venter enim mero estuans spumat in libidinem & crassum sensum generat, sacerdotalis autem sensus semper vigil esse debet, luxuriosa nempe res est vinum & contumeliosa obrietas & omnis qui cum his miscetur non erit sapiens, unde Noë ebrietate nudavit femora sua & Loth quem sodoma non vicit vina vicerunt, vinolentum denique sacerdotem & Apostolus dampnat & vetus lex prohibet, unde in Concilio Agathensi ante omnia clericis vetatur ebrietas que



omnium vitiorum fomes est & nutritrix, imponiturque in eodem concilio omni quem ebrium esse confiterit penitentia ut aut triginta dierum spatio a communione submoveatur aut corporali sub datur supplicio, sicut autem clericis prohibetur vinolentia sic & gula intemperantia nequaquam eisdem permittitur, utrumque enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat dicens, non in commestationibus & ebrietatibus vivendum esse sed in his duntaxat que ad vite necessitatem requiruntur, non autem ad voluptatem conducunt, unde tam Commestationes quam ebrietates dampnantur non tantum clericis sed & laycis, convivia autem que ex intencione impendende caritatis fiunt laudantur que tunc demum ex caritate veraciter prodeunt cum in eis nulla absentium vita mordetur nullus ex irrisione reprehenditur nec in eis inanes secularium negotiorum fabule sed verba sacre lectionis audiuntur nec plusquam corpori necesse est servitur, sed sola ejus infirmitas reficitur, hoc itaque si vos in vestris convivijis agitis, abstinentium magistri estis, sed longe aliter quam ut premittitur vestra dicuntur fieri convivia quin ymo in eisdem ut refertur plene sunt ingurgitationes turpes risus clamor validus insultus magni, injurie rixe verberationes diversorum generum ludi alijque turpissimi actus ad luxuriam & alia vicia provocantes, unde nostre mentis intencio summaque nostri cordis affectio est omnes & singulos clericos maxime sacerdotes nostre jurisdictioni subiectos ab hujuscemodi ac alijs viciosis actibus abstrahere & ad bene vivendi



vendi morem quantum possumus reducere ut tandem felicitatis premia nostri redemptoris inestimabili charitate media consequantur, quam ob rem vos omnes & singulos supradictos per amorem ihesu christi Domini nostri qui passus & pro nobis felle potatus est, perque castissimam ejus matrem virginem Mariam patronam nostram hortamur requirimus & monemus ut ab intemperantia vini a gula crapula commestationibus & convivijis illicitis abstineatis, confortia mulierum fugiatis sobrietati & pudicitie operam detis aliasque & alia respective faciatis & fugiatis que sacri Canonum sanctorum patrum decreta provincialia & sinodalia statuta mandata & comminationes facere & fugere docent & mandant, que omnia & singula hic repetimus & innovamus eaque per vos omnes & singulos supradictos cujuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis extiteritis juxta & secundum omnimodam eorum continentiam in quantum unumquemque vestrum concernunt in virtute sancte obedientie & sub universis inibi contentis ac gravioribus etiam pecuniarijs & alijs arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligendis penis sententijs & censuris inviolabiliter observari precipimus & mandamus, certificantes &c. Datum in Castro nostro Udenheim feria secunda post Dominicam Quasi modo geniti Anno XC. sexto.

Jubilate. 97.

Ludovicus Dei gratia &c. Omnibus modis ecclesiastice discipline conveniens fore existimus ut que rationabiliter ordinata fuerint, nulla imposterum debeant refragacione turbari, unde loci nostri consideracio nos admonet, ut que a predecessoribus nostris utiliter ordinata fuerint, roboremus, ea vero que a temerarijs presumpta fuerint in promptu ulciscamur, ecclesiastici namque vigoris ordo confunditur si aut temere illicita presumantur aut non concessa impune temptentur, qui enim vicijs nutriendis parcit, ne contristet peccantium voluntatem, haud alium quam tristem habebit expectare exitum quemadmodum is qui non rapit a puero cultrum, quo se vulnerare poterit, ne audiat plorantem & non timet ne vulneretur postea vero dolet eundem cultro vel lesum vel extinctum, nec putandum est quempiam tunc amare filium quando non dat disciplinam aut tunc amare vicium quando non corrigit eum, meliora enim sunt vulnera amici quam blanda oscula inimici, melius denique est cura severitate diligere quam cum lenitate decipere, idcirco omnes & singulos processus synodales omniaque & singula provincialia statuta quomodolibet edita & facta non revocata nec non omnia & singula puncta in eisdem tam synodalibus quam provincialibus processibus & statutis descripta & contenta presentium tenore &

per



per presentes non solum roborandas & roboranda duximus & roboramus sed & eos & ea juxta & secundum omnimodam eorundem statutorum & processuum vim formam & continenciam tenorem per vos omnes & singulos supradictos cujuscunque status dignitatis gradus ordinis vel conditionis extiteritis, in quantum unumquemque vestrum concernere sive tangere videantur in virtute sancte obedientie ac sub universis & singulis in eisdem statutis & processibus contentis & promulgatis nec non gravioribus etiam arbitrarijs per nos infligendis penis sententijs & censuris illos ac illa hic pro repetitis & sufficienter ac si de verbo ad verbum &c. Datum in Castro nostro Udenheim die sabathi post Dominicam Quasi modo geniti Anno Domini M. CCCC. nonagesimo septimo.

LXXVIII.

Martini. 97.

Ludovicus Dei gratia Episcopus &c. Inter sollicitudines nostris humeris incumbentes perpetui cura revolvimus ut omnes & singulos maxime clericos nostre cure commissos a vicijis retrahere & ad salutaria dirigere nec non errantes ab erroris semita revocare ipsosque lucrifacere, Deo sua nobis cooperante gratia valeamus, hec enim sunt que profecto desideranter exquirimus, ad illa nostre mentis sedulo destinamus affectum ac circa ea diligenti studio vigilamus, non ambigimus autem,
quia



quin ad hujusmodi nostrum desiderium assequen-
 dum sit superiorum processuum a nobis nostrisque
 predecessoribus emanatorum & publicatorum in-
 novacio ac eorundem iterum atque iterum repeti-
 ta commemoracio valde oportuna, ex his enim
 quid agendum quid vitandum quomodoque a certis
 erroribus quibus nonnulli tam laici quam clerici
 ducantur, recedendum sit, facile cognoscitur. Id-
 circo generaliter omnes & singulos processus sino-
 dales tam a predecessoribus nostris quam a nobis
 emanatos & publicatos non revocatos omniaque &
 singula sinodalia & provincialia statuta decreta sa-
 lubria monita atque mandata presentium tenore in-
 novamus ac eorundem omnium tenores presenti-
 bus ac si de verbo ad verbum insererentur pro ex-
 pressis habere volumus, illosque & illa per vos
 omnes & singulos supra dictos in omnibus & singu-
 lis eorum punctis & articulis prout unum quemque
 vestrum concernere videntur in & sub penis sen-
 tentijs & censuris inibi contentis & gravioribus
 etiam arbitrarijs per nos vel nostrum in spirituali-
 bus vicarium infligendis districte precipimus &
 mandamus observari & custodiri, specialiter vero
 innovamus & repetimus processum sinodalem du-
 dum a nobis emanatum & publicatum in quo de-
 claravimus & declarari fecimus quanta simplicitate
 quantave stoliditate atque ignavia errent qui
 existimant eos qui a canone pro violenta atque te-
 meraria manuum iniectione in clericos vel alias ab
 homine propter contumaciam excommunicacionis
 sententiam incurrerunt absolutos esse statim post-
 quam



quam legis aut his ad quorum instanciam excommunicati sunt satis fecerunt vel se cum eis composuerunt, cum tamen revera juxta Canonicas sanctiones absoluti non sint nisi suis a superioribus ad quos eorum spectat absolutio in forma ecclesie consueta absolvantur, similiter errant qui licet monitorijs & mandatis sub penis suspensionis vel excommunicationis late sententie contra se decretis emanatis & insinuatibus infra terminum in eis prefixum non paruerint tamen credunt se non esse suspensos vel excommunicatos nisi declarati & publice denunciati essent & ob hoc non curant absolvi seu restitui sicque in hujusmodi excommunicatione vel suspensione usque ad finem vite sue perdurant, quod quam periculosum sit animabus eorum nemo devotus ac sane mentis ignorat, sunt etiam nonnulli clerici & sacerdotes ultimarum voluntatum defunctorum Clericorum executores, qui licet vere & absque dubitatione sciant in plerisque sinodalibus & alijs proecessibus districte & sub excommunicationis late sententie pena preceptum & mandatum esse ut post obitum testatoris inventarium faciant fertonem persolvant & infra unius anni & mensis spacium a die obitus testatoris cuncta secundum placitum defunctorum disponant nobisque vel nostro in spiritualibus Vicario supradieto rationem faciant ac quitanciam desuper obtineant, sciantque se in premissis negligentibus fuisse & nondum computationem fecisse nec quitanciam obtinuisse, ipsosque propter hujusmodi negligentiam per similes nostros processus sinodales excommunicatos



catos declaratos fuisse & esse prout in plerisque
 processibus desuper emanatis & publicatis excom-
 municati declarati conspiciuntur, ipsi tamen hujus-
 modi excommunicationis sententiam non curantes
 nihilominus divinis se officijs ac alias communione
 hominum & participationi sacramentorum inge-
 runt, que omnia & singula in gravem tendunt ma-
 culam animarum, multeque per hoc anime ut ti-
 metur periclitare sunt & in futurum periclitari po-
 terunt, volentes itaque in primis errorem tollere
 malicijs obviare & animarum saluti paterna quidem
 affectione quanto salubrius possumus providere
 hortamur omnes & singulos supradictos qualiter-
 cunque excommunicatos per viscera misericordie
 Dei quatenus se etiam post satisfactionem aut ami-
 cabilem compositionem cum levis vel creditoribus
 postquam prefixi in monitorio termini lapsum post
 denique computationem per executores lapso ter-
 mino computationis fiende factam realiter & cum
 effectu ab his ad quos eorum spectat absolutio ab-
 solvi procurent litterasque desuper obtineant ac
 curatis seu plebanis eorum ostendant, nec antea se
 divinis officijs presertim missarum celebrationi im-
 misceant, ne irregularitatis notam incurrant, inhi-
 bentes sub pena obediencie & alias arbitraria per
 nos aut vicarium nostrum prefatum infligenda ne
 de cetero quisquam sacerdos curatus aut quivis
 alius nobis subiectus quantumcunque personam si-
 ve ecclesiasticam sive secularem a canone vel ab ho-
 mine excommunicatam de cujus excommunicatione
 per evidens factum aut per litteras executorias sibi
 constiterit ad divina scienter admittat vel coram eo

celebret aut secum quovis modo communicet, nisi absolutionem suam litteratorie illius sigillo ad quem absolucio hujusmodi spectare dinoscitur sigillatam prius ostendat, certificantes &c. Datum in civitate nostra spirensi antedicta crastina sancti Luce Ewangeliste Anno &c. XC septimo.

LXXIX.

Jubilate. Anno &c. 98.

Ludovicus Dei gratia Episcopus Spirensis venerabilibus &c. Inter cetera sanctorum Patrum decreta atque monita multiplicisque summorum Pontificum constitutiones Clementina nos potissimum admonet constitucio, ut sic circa correctionem clericorum vigilantiter intendamus sicque diligenter nostri officij debitum exequamur quod clerici delinquentes penarum exactione a suis arceantur insolentibus morumque suorum inconvenientibus fatuitatibus superbijs ac pravis usibus statum eorum denigrantibus quod alij eorum exemplo perterriti proflire ad similia merito pertimescant, nisi enim hujuscemodi constitutionibus sanctorumque Patrum decretis ac monitionibus paremus & eis obsequiosos nos redderemus, impunitatis spem promittere multamque in eis criminum peritilentiam nutrire velle non immerito dijudicemur, quam ob rem summa nos ope niti decet ut non solum predecessorum nostrorum aut nostra statuta processus leges & mandata faciamus caritati



vestre sepius publicari sed etiam circumspicere oculis consideremus transgressores & eos pena condigna plerumque procuremus. quid enim prodesset accumulare nova veteribus, quid referret novas semper sanctiones instituere si neque nova neque vetera contingerent a nostris subditis observari &c. ut in processu Martini LXXXIX. deinceps de verbo ad verbum. Datum spire nostro sub sigillo presentibus appenso sabatho post Dominicam *Quasi modo geniti* Anno Dñi Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo.

LXXX.

Martini. Anno 98.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis Venerabilibus &c. Admonente nos divine vocis imperio quomodo beatissimus Apostolus Petrus trina repetitione mysticis sanctionibus imbuatur ut si christum diligat oves suas pascat, Petro respondente, Domine tu nosti quia amo te, ipsius sedis reverentia & auctoritate qua Dominici gregis Episcopatus nostri spirensis cura nobis commissa est & cui per habundantiam divine gratie presumus, coartamur, ut periculum desidie nostre si quam vel in pascendis vel in non corrigendis gregibus maxime clericorum vicij commiserimus accurata diligencia quantum possumus declinemus ne professio ejusdem summi Apostoli, qua se amatorem Domini testatus est, in nobis deficere videatur, quo-



quotiens enim negligenter gregem pascimus Dominicum tociens comminamur summum non amare pastorem, nec bonorum auctori christo placere possumus nisi delinquentes corripiamus & castigemus, unde licet in precedentibus synodis per nos celebratis preter & ultra varia sanctorum Patrum & predecessorum nostrorum salubria mandata provincialiaque & synodalia instituta dudum edita quamplures processus synodales presertim de & super concubinitus incontinentie aliorumque vitiorum pravitatibus prorsus vitandis & extirpandis atque honestis & decentibus moribus observandis clericalibusque vestibus gestandis nonnullisque alijs frequentandis & exercendis etiam sub certis formidabilium censurarum penis aliasque & alia miserimus fecerimus & fieri mandaverimus prout in eisdem processibus vobis palam publicatis lacius continetur, ex quibus quisque vestrum quid agere quidve vitare debeat claram habet vel habere potuit & potest intelligentiam, in hijs tamen apud plebrosque ex vobis nihil aut parum profecimus tepida forsitan penarum predictarum inibi in contravenientes adjectarum executione causante, Ne igitur nos desidia vel negligencie a summo arguantur pastore & in duram sententiam incidamus qua irrefragabili constitutione in sacro Generali Concilio sancitum esse scimus ut Episcopi ad corrigendum subditorum maxime clericorum excessus & reformandos mores eorum prudenter ac diligenter intendant, ne sanguis eorum de manibus suis requiratur, & nunc in antea studiosiori sollicitudine at-



tendere & nēdum sola hujusmodi viciorum prohibi-
 cione contentari sed & penas delinquentibus vel ab
 jure vel ab homine impositas exigere, ipsosque de-
 linquentes condigna emendatione corrigere decre-
 vimus & volumus, qua propter supradictos proces-
 sus nostros una cum omnibus & singulis tam Provin-
 cialibus quam synodalibus nec non alijs statutis &
 mandatis preactis a nobis vel predecessoribus no-
 stris emanatis & publicatis, tenore presentium repe-
 timus & immovamus illosque & illa in omnibus & per
 omnia in singulis eorum punctis & articulis ac jux-
 ta eorum omnimodam continentiam & tenorem a
 vobis omnibus & singulis cujuscunque status gra-
 dus dignitatis ordinis sive conditionis extiteritis in
 quantum unumquemque vestrum concernunt in
 virtute sancte obediencie & sub universis penis &
 censuris inibi contentis & gravioribus etiam arbi-
 trarijs per nos sive vicarium nostrum in spiritua-
 libus desuper infligendis firmiter & inconcussē ob-
 servari & custodiri volumus atque mandamus,
 Certificantes &c. Datum in civitate nostra spi-
 rensi in vigilia omnium Sanctorum sub officij no-
 stri vicariatus sigillo presentibus appenso, Anno
 Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo
 octavo.

LXXXI.

Jubilate. Anno 99.

Ludovicus Dei gratia &c. Rēdemptoris nostri veri pastoris in terris nostri Episcopatus vices gerentes circa gregis ejusdem custodiam sollicitis excitati vigilijs animarum saluti jugis attentione cogitationis intendere debemus ut excusso a nobis negligencie sompno nostrique cordis oculis diligentia sedula vigilantibus animas Deo lucrifacere, sua nobis cooperante gratia valeamus, quod convenientibus fieri non posse credimus quam si ea que recta sunt nutrire, & que profectum virtutis impediunt commissa nobis auctoritate prohibere corrigereque curemus, licet autem ad effectum premissum multiplices tam a nobis quam a predecessoribus nostris emanati fuerint processus sinodales, sintque emanata statuta provincialia & sinodalia per quos & per que virtutes ac boni mores subditorum nostrorum maxime clericorum laudati & corroborati vitia quoque & mali eorum mores reprobati & prohibiti fuerunt, ita & taliter quod nemo vestrum sit, qui ignoret quid agere quidve vitare debeant, nichilominus tamen opere precium esse arbitramur, ut de quibusdam in superioribus etiam processibus contentis specialem nunc faciamus mentionem, quo diligentiori cura observentur, que & antea mandata vel prohibita fuisse cognoscuntur, certum quippe est dudum antea sepe sepiusque mandatum fuisse ut omnes & singuli parochialium ecclesiarum vicarij perpetui penes eccle-



fiat quorum cura eis commissa est, residenciam faciant personalem, nec ab eisdem se absentent alibi residendo vel ad remota loca se divertendo aut etiam in studio aliquo generali litteris incumbendo nisi de nostra permissione & licentia speciali ex causis rationabilibus per litteras nostras id eis concessum fuerit, sine quibus eisdem credi nolumus, sed nec sic sufficienter ecclesijs parochialibus provisum existit, nisi earumdem tam Rectores quam vicarij perpetui sive temporales tam assidue penes suas ecclesias maneant ut nunquam abinde extra fines sue parochie recedant, nisi alium sive alios presbiterum sive presbiteros habiles & ydoneos loco sui substituant, qui interim vices suas tam in divinis officijs quam sacramentis ecclesiasticis si opus fuerit ministrandis exercent, ne quempiam ab hac luce sine eorumdem perceptione decedere contingat, quod ut omnes & singuli supradicti Rectores & Vicarij faciant tenore presencium statui- mus & mandamus scituri, ut si qui hujusmodi statuti & mandati transgressores fuerint omnes culpa negligencie sive periculi si quod contingeret in eos redundabit ipsique penam sive mulctam juxta negligencie ac periculi hujusmodi qualitatem ex arbitrio nostro imponendam sustinebunt, insuper licet etiam certum sit quod dedicationes ecclesiarum quarumcunque non nisi in commemorationem consecrationis earundem & ob remedium peccatorum institute sint ut scilicet visitantes ipsas ecclesias in die Dedicationis consequantur eas indulgentias que in ipsarum consecratione per Episcopos & interea

a summo Pontifice vel Rm̄is Dominis sancte Romane Ecclesie Cardinalibus ad easdem elargite sunt nichilominus tamen ad nostrum devenit auditum quod multi homines potissimum sacerdotes alijque clerici non indulgenciarum hujusmodi neque divini cultus amore, sed potius in se ingurgitent, ventrem repleant, fabulas recitent, choreis laicorum adstent & aliquando sacerdotalis dignitatis sacramentique corporis & sanguinis Domini nostri perceptionis oblitri pariter cum laicis choreas ducant cetui virginum & mulierum se immisceant, confabulaciones faciant aliasque & alia perpetrent que in obprobrium status clericalis sacerdotalisque dignitatis parvi pensionem tendere dinoscuntur ad hujusmodi dedicationes venire & quidem in tanto numero sicut cervi ad fontes aquarum in domos presertim presbiterorum parochialium edendi bibendique causa venire sicque devorare soleant ut unius diei expense magni temporis victum absument, quo fit, ut aliquando presbiteri qui alias parum habent, debita sua minus persolvere possint & ob hoc suspensionem a divinis vel excommunicationem ad instantiam creditorum suorum evadere non possint, per quod divinus cultus diminuitur & scandalum inde oritur. Volentes itaque huic detestabili clericorum vicio quantum possumus obviare, inhibemus omnibus & singulis clericis & personis ecclesiasticis nostre jurisdictioni subiectis in virtute sancte obediencie & sub pena arbitraria juxta excessus modum & quantitatem, ne de cetero quispiam sacerdos vel clericus nobis subiectus



ad locum dedicationis quacunq̄ue occasione veniens domum Reſtoris five plebani aut alterius ejuſdem loci preſbiteri edendi vel bibendi cauſa ingredia- tur niſi per ipſum plebanum five Reſtorem ad in- ter eſſendum divino officio ejuſdem eccleſie & diei ſpecialiter ante diem vocatus & rogatus exiſtat & ſic preſens & intereſſens fuerit, nec hoc caſu ludis choreis vel alijs ſpectaculis aſſiſtat vel aliquid de premiſſis faciat neque plauſus vel riſus incompo- ſitos ſeu fabulas inanes ibi facere referre vel cantare preſumat, neque Reſtor five plebanus aut alius ibi beneficiatus id fieri permittat quin ymo quantum poterit prohibeat, pari modo & pena inhibemus omnibus & ſingulis ſupradictis nedum ad anniver- ſarium triceſimum vel ſeptimum alicujus defuncti diem peragendum conveniunt ſe inebriare aut de premiſſis aliqua facere preſumant ſed ſtatim per- acto officio domos proprias redeant, moderatam tamen reſeſtionem eiſdem dari & ab eiſdem abſu- mi cum honeſtate clericali & reverencia Dei non prohibemus juxta tenorem ſacri Canonis Toletani Concilij in quo ſtatuitur quod pro reverencia Dei & ſacerdotum in omni ſacerdotali convivio lectio di- vinarum ſcripturarum miſceatur, per hoc enim & anime edificantur ad bonum & fabule non neceſſa- rie prohibentur, inhibemus denique omnibus & ſingulis ſupradictis ſub unius floreni Renenſis ſal- va graviore juxta arbitrium noſtrum inſtigenda pe- na ne aliquis predictorum tabernas ſtubas vel do- mos ubi ad potandum convenire ſolent laici edendi vel bibendi cauſa niſi peregrinandi neceſſitate com- pul-



pulsus visitet, nec in eisdem mimis joculatoribus & histrionibus intendat, nec ad aleas sive taxillos ludat, neque ludis hujusmodi intersit vel cum ludentibus in lucro vel dampno participes, certam enim scientiam habemus, à modico tempore citra, multa ex his mala provenisse tam clericis quam laicis & graviora eis si premissis non paruerint accidere posse formidamus, ideo eciam constitutio Imperialis interdicat clericis quibuscunque ad tabulas ludere, aut alijs ludentibus participes aut inspectores fieri aut ad quodlibet spectaculum spectandi gratia venire sub pena suspensionis per triennium à venerabili ministerio divino, addensque quod si Episcopi tale aliquid agnoscentes non vindicaverint, ipsi rationem Deo persolvent, exhortamur itaque omnes & singulos suprascriptos tam conjunctim quam divisim ut a premissis & alijs quibusvis actibus illicitis in nostris nostrorumque predecessorum processibus synodalibus nec non statutis provincialibus quomodolibet prohibitis quos & que hic pro expressis & repetitis habere volumus, abstineant sicque vitam suam & conversationem servent ne in aliquo scandalum paciantur vel alijs scandalum faciant, Certificantes &c. Datum in civitate nostra spirensi predicta die tertia decima Aprilis Anno Domini MCCCC nonagesimo nono.

Martini. 99.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. Altissimo non ambigimus obsequium prestare pergratum dum nostrorum excessus subditorum signanter clericorum divinis manipulatorum obsequijs corrigimus eorumque vitam mores & actus in melius & ad recti itineris viam quantum in nobis est reformamus, plerosque siquidem synodales processus & alia mandata preter & ultra statuta provincialia desuper etiam salubriter providentia vobis plus semel ymo singulis sacrosanctis synodis celebratis insinuata ea propter emissimus publicari, quid cuiquam agendum vitandumque foret lucide continentes & continencia, quibus etiam non paucos speramus errantes ad rectitudinis & bene vivendi semitam Dei gratia reduxisse, reliquos itaque pariformiter prout ex injuncte nobis pastoralis dignitatis sollicitudine obligamur reducere affectantes, ne ipsis eorumque lascivie que gravi itaque emendatione digna foret, diutius delinquendi detur occasio eosdem processus, una cum sacrorum canonum sanctorumque patrum & predecessorum nostrorum sanctionibus atque provincialibus statutis pretaetis desuper ut presertim luculenter providentibus dudum crebris vicibus a nobis repetitos iterum & denuo repetere haud dubium credimus profuturum, idcirco omnes & singulos processus omniaque & singula mandata statuta decreta & instituta hujusmodi & precipue de & su-



super concubinatus incontinencie tabernariorum officiorum ludorum illicitorum blasphemiarum convictiorum aliorumque viciorum pravitatibus & abusionibus prorsus evitandis & extirpandis nec non virtutibus sectandis decentibus & honestis habitibus & moribus assumendis fertonibus argenti persolvendis & rationibus faciendis atque de questionarijs & clericis alienis sive in diocesi spirensi non beneficiatis aut alias inibi non ordinatis absque admissionum litteris nondum expiratis minime admittendis, cuncta quoque alia a nobis predecessoribus nostris antedictis emanata mandata in quantum sibi invicem & precipue nostris processibus non contrariantur tenore presentium innovantes & eorundem omnium tenores ac si de verbo ad verbum presentibus infererentur pro expressis habentes illos & illa per vos omnes & singulos in omnibus & per omnia singulisque ipsorum punctis & articulis, in quantum unumquemque vestrum concernere videntur, inviolabiliter sub universis inibi contentis penis sententijs & censuris ac gravioribus etiam arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligendis observari & custodiri volumus atque mandamus. Certificantes &c. Datum in civitate nostra spirensi prefata die mensis Novembris sexta Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo nono.



LXXXIII.

Jubilate. Quingentesimo.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis Venerabilibus &c. Pastoralis officij quo licet immeriti Divina sublimamur gratia, dignitas nos sollicitat & requirit ut subjeetorum nostrorum mores reformando animarum eorundem salutem quantum in nobis foret provideri sollicitudine procuremus indefessa, meminimus siquidem nos in proxima synodo celebrata omnia & singula provincialia & synodalia instituta atque mandata ac publicandum emanata per vos omnes & singulos in quantum unumquemque vestrum concernere videntur, inviolabiliter & inconcussa sub penis sententijs & censuris inibi expressis juxta eorundem vim formam & tenorem generaliter observari demandasse certo processu d. super per nos & a nobis decreto atque emanato eodemque solito more lecto & publicato, Cum autem magis quod specialiter, quam quod generaliter prohibetur, teneri vitare solet, eundem processum ceterosque omnes minime invalidando sed presentibus corroborando & repetendo omnibus & singulis nobis subditis specialiter & expresse mandamus per presentes, ut quisque eorundem subditorum horas canonicas & alia sibi incumbentia officia presertim divina debitis & consuetis temporibus diligenter, devote & attente persolvere non obmittat, cavillationibus & alijs insolencijs singulis penitus vitatis & absque festinatione verborumque corruptione aut diminutione aliqua
per-



peragantur, palle quoque altarium vasa corporalia ornamenta atque vestimenta ad cultum divinum pertinentia munda & nitida conserventur, & insuper omnes & singulos incontinentie vicio defedatos sive de concubinatus vicio suspectos, aut mulieres secum suspectas tenentes vel ab extra publice nutriendas cujuscunque status gradus dignitatis ordinis conditionis vel preeminencie extiterint in genere & in specie pij patris more paterne & caritative avitando monemus & requirimus quatenus mox post presencium publicacionem sive insinuacionem hujuscemodi suspectas mulieres penitus & omnino realiter & effectualiter amoveant & dimittant sub penis & censuris sepe sepius & retroactis synodali- bus processibus promulgatis & publicatis, quis enim est qui nesciat, hujusmodi iniquitatis vasa capte mentis constantiam effeminare famam denigrare animam polluere conscientiam vulnerare facere etiam in peccatis mortalibus celebrare, odia laicorum in sacerdotes provocare, scandalum augere animos inquietare corpora debilitare vitam abbreviare christi patrimonium pauperibus debitum absorbere & tandem ad inferos misere precipitare, mundamini igitur qui fertis vasa Domini, porro omnes & singulos executores seu manufideles defunctorum qui de fertone argenti nondum satisfecerunt, nec non qui de executione testamentorum infra annum & mensẽ a die obitus testatorum computando rationem legitimam non fecerunt, licet non sit dubium, ipsos excommunicationis sententiam dudum in quodam statuto synodali contra
tales



tales promulgato contentam incidisse, ex superhabundanti tamen eosdem per presentes monemus & requirimus ut adhuc infra mensem post harum publicationem & notificationem computum & rationem hujusmodi debitas & legales faciant seu fieri procurent, alioquin contra eosdem & quoscunque alios premissorum transgressores ad pretaetas atque arctiores penas juxta juris formam procedemus ac procedi faciemus & procurabimus, Certificantes &c. Date in Castro nostro Udenheim die ultima mensis Aprilis Anno a Nativitate Domini Millesimo Quingentesimo.

LXXXIV.

Martini. Quingentesimo.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. Suscepti regiminis cura sollicitat ut juxta credite nobis dispensationis officium subditorum maxime clericorum nostrorum commodis in quorum prosperitate utique prosperum jugi studio quantum nobis ex alto concessum fuerit, intendamus, ut exinde boni sua pace letentur errantes vero ad veram reducantur viam & maligni pro suis excessibus condignam recipiant penam, licet autem superioribus synodis per nos celebratis preter & ultra varia sanctorum patrum ac predecessorum nostrorum salubria mandata provincialiaque ac sinodalia statuta dudum edita multos & diversos pro-



processus sinodales de & super concubinatus in-
continentie ac tabernariorum officiorum ludorum
illicitorum aliorumque viciorum pravitatibus pror-
sus vitandis & extirpandis honestis ac decentibus
moribus quibus & de bono in melius & tandem ad
eternae salutis statum devenitur assumendis, non-
nullisque alijs frequentandis & exercendis etiam
sub certis formidabilium censurarum penis emise-
rimus fecerimus & fieri mandaverimus prout in
eisdem vobis palam publicatis latius conspicitur
contineri, illis tamen apud plerosque ex vobis au-
res suas ad modum aspidis surde ne vocem audiat
incantantis obturantes nichil aut parum profe-
cimur, tepida id forsitan penarum inibi in contrave-
nientes adjectarum executione causante, ne igitur
nos negligentie vicio gravius inde ab altissimo ju-
dicemur, ex nunc in antea studiosiori sollicitudine
attendere & nedum sola hujusmodi delictorum pro-
hibitione contentari sed & penas delinquentibus
impositas edubie exequi ipsosque delinquentes ne
alijs similia faciendi viam parent, corrigere decrevi-
mus atque volumus, quapropter supradictos pro-
cessus nostros una cum omnibus & singulis sinoda-
libus & alijs statutis ac mandatis pretaetis tenore
presentium repetimus & innovamus illosque & illa
in omnibus & per omnia & precipue de concubina-
tus vicio ac aercancijs & negociacionibus secula-
ribus alijsve pravis vanitatibus vitandis, tabernis
seu hospicijs publicis absque necessitatis causa non
frequentandis, decentibus ac honestis habitibus &
moribus assumendis, Insuper de fertionibus argenti
sol-



Solvendis rationibus defunctorum faciendis nec non clericis peregrinis non beneficiatis sive ignotis aut alias in diocesi nostra non ordinatis questoribus queque & alijs absque indultis ac matrimonijs clandestinis vel alias temporibus prohibitis non solemnissimis aliasque generaliter in singulis eorum punctis & articulis ac juxta eorundem omnimodam continentiam & tenorem a vobis omnibus & singulis cujuscunque dignitatis status gradus ordinis sive conditionis extiteritis in quantum unumquemque vestrum concernunt in virtute sancte obedientie & sub universis penis sententijs & censuris inibi contentis ac gravioribus etiam arbitrarijs per nos sive vicarium nostrum in spiritualibus deluuper infligendis firmiter & in concusse observari & custodiri volumus atque mandamus, Certificantes &c. Datum in Civitate nostra spirensi die ultima mensis octobris Anno Domini Millesimo quingentesimo.

LXXXV.

Jubilate. Quingentesimo primo.

Ludovicus &c. Inter Cetera sanctorum Patrum decreta atque monita multiplicetque summorum Pontificum constitutiones novissima nos potissimum admonent statuta ut sic circa correctionem clericorum vigilanter intendamus sicque diligenter nostri officij debitum exequamur, quod hujusmodi delinquentes penarum exactione a suis arceantur intolencijs morumque suorum inconveni-
tjs



tijſ fatuitatibus ſuperbijs præſumptionibus ac præ-
vis uſibus ſtatum eorum denigrantibus quodque
alij eorum exemplo perterriti ad ſimilia ſeſe deſſe-
ctere merito pertimeſcant, niſi enim hujusmodi ſan-
ctiõibus ſanctorum Patrum decretis ac monitiõ-
nibus ſaluberrimis pareremus & eis obſequioſos nos
redderemus, impunitatis ſpem præmittere multam-
que in eis criminum peſtilentiam nutrire velle non
immerito dijudicaremur, quam ob rem ſumma nos
ope niti decet ut non ſolum prædeceſſorum noſtro-
rum aut noſtra ſtatuta proceſſus leges & mandata
faciamus caritati veſtre ſepius publicari, ſed etiam
circumſpectis oculis conſideremus tranſgreſſores &
eos pena condigna plecti procuremus, quid enim
prodeſſet nova veteribus cumulare, quid referret
novas ſemper ſanctiõnes inſtituere, ſi neque nova
neque vetera contingeret à noſtris ſubditis obſer-
vari. Nos itaque pro religionis incremento pro
animarum veſtrarum ſalute pro ſcandalo populi
tollendo pro maximi ſummique Dei gloria multi-
plicanda plurimum conducibile atque neceſſarium
arbitrati ſumus triplici exhortatione, quaſi una vo-
ce, mentem noſtram aperire, in primis ut inter
tot tantaſque hujus temporis calamitates ac erum-
nas palam omnibus occurrentes corde & animo re-
volvatis tamquam mediatores & interceſſores populi
tamquam viva plebis exemplaria tamquam hij qui
in labore hominum delicate vivunt, ſolicitiſque ſitis
devotas Deo orationes ac letanias fundere popu-
lumque vobis creditum ad id ipſum devote facien-
dum inducere & excitare ut ira Dei in nos ſeviens



getur & flagellum ad nos castigandos ob ipsius divine majestatis offensam indicibilem jam jam complicatum & extensum nostris interventionibus, utcumque, precibus ipse misericordiarum pater retrahat & eam quam suis fidelibus ultionem fieri decreverat contra christiane religionis hostes atque illius persecutores exasperare non abnuat in pacem ac incrementum totius ecclesiastici status hac tempestate graviter fluctuantis, deinde ne clerus nosster in tabernis aut quibuscunque alijs laicorum conventibus bibendo commessando ludendo se commisceat interdiciamus, quoniam ex hoc virorum ininequalium consorcio innumera pericula surgunt, vident enim & audiunt clericis optido infesti levitates sacerdotales absurdos eorum mores crapulam & ebrietatem lubrica & obscena verba blasphemias nugas perjuria cupiditatem fraudes jurgia contentiones & cetera vicia que ex ludo proficiscuntur, detestamur etiam eas quas pre se ferunt levitates in dissectis fissis cancellatis seu apertis pectoralibus pallijs diploidibus ceterisque habitibus statui sacerdotali penitus indecoris, insuper & muliebrem capillorum crispationem eorundemque in reticulis quibusdam turpem ac exosam complicationem nimiamque longitudinem unde & omnis fides & virtus marcescit posthabetur reverentia sacerdotalis dignitatis sicque cum pastore totus grex in precipitium tendit, demum cuncta & alia a nobis emanata mandata & quicquid superioribus diebus hoc loco promulgatum est quod ad vitam & honestatem Dominici gregis attinere videbitur tenore presentium

in

innovantes & eorundem omnium seriem presenti-
 bus ac si de verbo ad verbum infererentur pro ex-
 pressis habentes illos & illa per nos omnes & sin-
 gulos & per omnia singulisque eorum punētis &
 articulis in quantum quemque vestrum concerne-
 re videntur inviolabiliter & inconcusse sub univer-
 sis inibi contentis penis sententijs & censuris ac gra-
 vioribus etiam arbitrarijs per nos vel vicarium no-
 strum in spiritualibus infligendis observari & cu-
 stodiri volumus atque mandamus. Certificantes &c.
 Datum in Civitate nostra spirensi die vicesima se-
 cunda mensis Aprilis Anno Domini XVC primo.
 Michael Pistoris Notarius.

LXXXVI.

Martini. Quinquagesimo primo.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis vene-
 rabilibus &c. Quia inter occupationes innume-
 ras quibus continuo perurgemur non possumus ad
 omnia sufficere que pro nostrorum subditorum po-
 tissime ecclesiasticorum reformatione & emenda-
 tione exequenda incumbunt ut etiam persone de
 cujus integritate justitia experientia denique & do-
 ctрина confidimus vices nostras committere necessi-
 tas aliquando exoptulat, uti virum in premissis
 commendatum multo tempore habuerimus, qui &
 priusquam universe carnis legem persolveret, le-
 tali etiam diutius morbo tactus a nobis sibi com-
 missa non omnia perficere potuit, nam multas le-



vitates in clero nobis subiecto fuisse exortas certa
 relatione didicimus, nefandas denique impudicitias
 ritus & abusiones intollerabiles Deo sacrisque ca-
 nonibus odiosas, adeo quidem quod aliqui ex eis
 non tantum impudicas mulieres de fornicatione &
 luxuria vehementer suspectas suis in edibus publi-
 ce de ihesu christi patrimonio fovere, verum eciam
 easdem vestibus peplis ceterisque ornatibus preter
 modum splendidis & pretiosis in mulierum hone-
 starum dedecus & contemptum exornare videntur,
 que non tantum statui ecclesiastico prejudicium &
 scandalum verum perniciem afferre comprobantur,
 & ceteri denique clerici honestatis amatores
 & probitatis divinis officijs etiam devote invigilan-
 tes seseque clericali statu decenter regentes plura
 incommoda quotidie persecutiones & obprobria
 ex hoc absque culpa seu demerito tolerare cogun-
 tur, de quo heu plurimum dolemus, insuper & alij
 milites christi non Deo sed fluctibus seculi militan-
 tes quique ut liberius ventri indulgere possint de
 negotiationibus & mercantijs sese intromittunt,
 blada vina ceterasque res emendo & in eadem spe-
 cie vendentes non ob eorum necessitatem ac usum
 quotidianum sed ut turpissimam negotiationis pe-
 stem causa lucri exerceant contra sacrorum cano-
 num constitutiones, hec itaque vicia deinceps ac
 alia clericali statui indecentia condigna emendatio-
 ne per nos aut nostrum desuper in spiritualibus de-
 putandum vicarium quantum possumus precavere
 studebimus mandantes nunc omnibus & singulis
 clericis nostre ditioni subiectis sub excommunica-
 tio-



tionis & alijs formidabilibus penis per nos aut nostrum vicarium deputandum infligendis, qui suis in domibus vel extra hujusmodi mulieres suspectas vel fovere vel nutrire vel eisdem domos proprias quascunque etiam vestes comparare studuerint, ut easdem dimittant à domibus amoveant & deinceps in vel extra domum non educant patrimonium ihesu Christi cum eisdem invereconde dilapidando & eis denique qui secularibus sese negotijs temerario ausu immiscuerint contra sanctorum decreta patrum ut post hujusmodi monita saluberrima se emendando resipiscant & nostras ac nostrorum penas infligendas effugiant, ne tandem & ira Dei in eosdem serviens flagellum flagello superaddat in eorundem ac corporis interitum & anime. Insuper & omnes supradietos processus nostros unacum &c. (ut supra Martini 98.) Datum in castro nostro Udenheim Crastino sanctorum simonis & jude Apostolorum Anno Domini Millesimo quingentesimo primo sub officij nostri vicariatus sigillo presentibus appenso.



LXXXVII.

Jubilate. Quingentesimo secundo.

Ludovicus Dei gratia Episcopus spirensis venerabilibus &c. Quanquam ex toto cordis nostri desiderio in his congregationibus semper studeamus quemadmodum creditum nobis officium



requirit in toto clero nostro in bonis quidem virtu-
 tes plantare, plantatas augere, auctas perficere &
 conservare, in malis vero ex adverso vicia ne ac-
 cidant prevenire, emergentia suppressere & jam
 emerſa funditus quantum possumus extirpare, ma-
 xime tamen in his multarum calamitatum tempori-
 bus quibus omnis tam ſecularium quam ſpiritualium
 personarum ſtatus diverſis concutitur incommodis
 anxietatibus periculis & morbis, omnem nobis poſ-
 ſibilem conatum adhiberi parati ſumus, quo tam
 preceptis previjs quam ſubſequentibus condignis
 penis peccatorum licentie & malorum hominum
 laſcivijs rebellioni & multiplicibus exceſſibus ob-
 ſtaiculum ponamus non ignari quantum damni pro-
 veniat in populo ex vita malorum ſacerdotum quo-
 rum opera perversa plus attendunt ut imitentur
 quam ut caveant, cum autem non possumus omnem
 Zizaniam eradicare, ne forte evellamus & triticum,
 proponimus tamen operam dare ut quantum fieri
 poſſit mali ſibi ipsis tantum mali ſint & ſeſe vel hic,
 quod tolerabilius, vel in futura vita, quod gravius
 eſt, ſciant eſſe puniendos, ideoque per hunc no-
 ſtrum proceſſum univerſis & ſingulis noſtre ditioni
 ſubjectis diſtriſte precipiendo mandamus quatenus
 ab omnibus & ſingulis quibus undecunque laicis
 poſſit ſcandalum & mali occaſio preberi caveant &
 deinceps abſtineant, precipue autem ab indecenti
 laſcivo & ſeculari veſtitu eo autem maxime cujus
 hac noſtra etate ritus etiam in clero noviter eſt in-
 troducſtus, in quo pallia quandoque a peſtore qui-
 dem



dem & recte clauduntur & ambo brachia satis honeste per bina foramina protenduntur, sed lumbafiorum manice nimis patent hiant & diffute sunt, ex quibus detectis & apertis non aliter quam si feminarum vestes essent pendent atque diffuunt camifearum manice albe & nitide, unde nemo non potest planum levitatis & lascivie signum attendere & palam quam mulierose in animo in opere & in domo sint per has vestium ineptias judicare, neque verentur stultitias suas quas occultare deberent publice in vestimentis suis profiteri &, ut in proverbio est, fatuitatem suam quasi in scriptis dare, cum alias, quod dolentes referimus, non unum tantum sed cunctis circumquaque habitantibus satis supraque satis perspectum sit quot habeant gradientes circa focum qualem dominam preciose nutriant & quam grave servitutis jugum propter explendam libidinem suam patiantur & sustineant, cum autem vestitus sacerdotum non debeat esse neque nimis sordidus vilis & abjectus, neque nimis splendidus & secularis ideoque eisdem mandato & districtione precipimus, ne sacerdotes precipue inter celebrandum discaligati & sive longa & thalari tunica in publicum veniant, cum talis rusticus ymo ferinus incessus non solum presbiterorum sed quorumlibet etiam virorum maturitati deroget & honori preterea bireta aurita sive aures (ut vulgo dicitur) habencia que curiositas novitatum semper amatrix nuper invenit & sub specie sanitatis utilia esse persuasit, nullus clericorum nostrorum presertim in choro & missa deferat aut eis palam utatur, denique ut omnes & singuli quicquid in vesti-



tu sacerdotalem ledit vel transcendit honestatem Penitus devitent, qualia sunt que inoleverunt in coloribus tam nuper inventis quam alias de jure statui clericali prohibitis, quos non solum in principali & exteriori veste videlicet in caligis tunicellis pectoralibus byretis & ipsisque subfoderaturis deferri prohibemus mandantes omnibus & singulis qui in hunc usque diem adulterinos illos colores a sacris canonibus prohibitos in vestitu suo tam forinseco quam subductitio deferre non erubuerunt, illico a se deponant, eis deinceps saltem in publico non utantur, assumantque vestes & colores statui suo decentes & congruos ut tales se ostendant quales esse debeant in officio suo & quotidiana conversatione, ad vitandum insuper predictum, quod a clero nostro penitus vitari cupimus, scandalum, presentibus revera mandamus, quatenus omnes & singuli nisi forte necessitate in itinere constituti hospicia publica & tabernas prorsus evitent, his autem precipue diebus quibus jejunia ex precepto ecclesie indicta sunt, ne non solum ipsi prevaricatores esse inveniuntur, sed & ipsis quoque secularibus jejunium frangendi manifestum & detestabile prebeat exemplum, & postremo ne quispiam vestrum cum ad anniversaria nobilium divitum aut magnatum ad dedicationes primitias Capitula ruralia nuptias aut alias congregationes hujusmodi convenire contigerit, vino se ingurgitet clamoribus insolencijs jurgijs aut quavis alia contumelia quemquam molestet, ludo insistat aut diucius etiam quam honestum sacerdotem deceat ibidem permaneat,



maneat, sed potius officium suum mature diligenter & ut debet devote perficiat, ea que inter prandendum sumat fraterne & amicabiliter cum convivis se habeat, omnibus proſit nulli vero obſit ut sic honeſta ſua converſatione & vita exemplarem ſe laicis faciat honeſte vite ſi non veritatem at ſaltem ſpeciem preferat, quamvis enim hypocriſin neque in monachis neque in clero laudemus propter laicos tamen utilius eſt vicia ſi que committimus occultare ut ab alijs non ſumatur imitandi occaſio, qui potius ad opera noſtra reſpiciunt quam ad predicationes qui ad ſequendum malum proniores ſunt quam ad diſcendum bonum, itaque in ſumma ſciant univerſi & ſinguli in preſentia nos potiffime clerum noſtrum voluiſſe hortari, ut ab omnibus que ſpeciem mali in ſe complectuntur que Scandalum populo prebent queque laicis nos maxime odioſos reddunt omnino abſtineant. certificantes &c. Datum in civitate noſtra ſpirenſi feria quarta poſt Dominicam *Quaſi modo geniti* Anno Domini Milleſimo quingentefimo ſecundo.

LXXXVIII.

Martini. Quingentefimo ſecundo.

Ludovicus Dei gratia Epiſcopus ſpirenſis venerabilibus &c. Sane itaque noſtro ſatisfacere videmur officio ſi gregem Dominicum nobis creditum prout noſtri officij expoſtulat inſtitutio, cura pervigili ſtudioque indefeſſo paſcentes a pravis quibusvis arcendo ad bene beateque vivendi normam



reducere studuerimus, quod plane fecerimus, si
 clerum in ministerium & partem oneris nobis ad-
 junctum passim ubique & graviter labescentem &
 exorbitantem ad sui status reëtitudinem & integri-
 tatem pro nostra saltem virili direxerimus, ipsi
 enim a Deo populi duces sunt constituti ad quos
 omnium aliorum oculi tanquam signum ad metam
 positum suspiciunt, qui & facillime suis erroribus
 perniciosisque exemplis alijs laqueum mortis pre-
 parant & ad interitum usque secum perducunt, er-
 rante quippe pastore oves oberrare & labi necesse
 erit teste Hieronimo inquite veteres scrutans hi-
 storias invenire non possum aliquos alios scidisse
 ecclesiam Dei & de domo Domini populos seduxis-
 se preter eos qui sacerdotes a Deo positi fuerant &
 prophete id est speculatores, isti ubique vertuntur
 in laqueum tortuosum in omnibus locis ponentes
 scandalum, quia ergo clericorum ruina ceteris pe-
 riculosior perniciosiorque est proinde studio pro-
 pensiori sublevanda est & precavenda, ubi enim
 majus periculum vertitur ibi cautius est agendum,
 quapropter omnes & singulos processus synodales
 tam a nobis quam antecessoribus nostris emanatos
 omniaque & singula provincialia & synodalia statu-
 ta & mandata cujuscunque tenoris existant tempo-
 re non revocata vel sublata presentibus his inno-
 vare decrevimus prout innovamus confirmamus &
 repetimus proque innovatis confirmatis & repeti-
 tis hic habere volumus perinde ac si de verbo ad
 verbum a nobis recensita & repetita forent, potis-
 sime vero illa mandata vel processus que vel qui ex
 sa-



sacrorum Canonum Corpore introducti ad clericalis status dignitatem & integritatem pertinere dinoscuntur vel in hujusmodi sacrosanctis Synodis ratione cogente pro ecclesiastici status salute & incolumitate ac christiane religionis conservatione salubriter sunt ordinata, qualia istec atque similia existimamus quaecumque decreta in clericos concubenarios vel suspectas mulieres secum aut alias foventes, virginum stupratores, adulteros & diversi generis lusores, negotiatores litigiosos percussores gulosos temulentos vel alij intemperantie communiter deditos tabernarios choreas publicas vel laicorum convivia & tabernas publicas frequentantes ubi sepe numero gravia scandala & dissensiones capitales suboriri solent, amplius quaecumque super vestitu habitu & ornatu clericalis dignitatis ordinata sunt firmiter in suo robore volumus permanere exhortantes simul ac mandantes omnibus quatenus non solum vite sanctimonia & morum integritate sese clericos esse probent, verum habitu gestu similiter ac incessu idipsum demonstrant, indumentis suo statui & religioni ac honori accomodatis utantur, nec brevitatem nec longitudinem nimiam culpanda coronam & tonsuram deferentes clericales capillos vel comam prolixam minime nutrientes, cum id etiam in laicis reprobandum sit, in omnibus etiam vitam suam ita bonis operibus pulcherrimisque virtutibus exornent ut reverentiam & honorem coram hominibus & gratiam apud Deum mereantur, abstinendo ab his per que hominibus vituperabiles & Deo odibiles redduntur, addimus etiam his ea que de questoribus vel peregrinis clericis



ricis absque litteris non admittendis & quecumque de exeeutoribus ultimarum voluntatum vel super rationibus & fertone solvendo, quam etiam inventario erigendo & quitancia recipienda sunt salubriter ordinata, omniaque alia que paucis commemorari non possumus secundum omnimodam suam vim formam & continentiam per vos omnes & singulos supradictos cujuscunque dignitatis status seu gradus existant prout unumquemque vestrum concernere aut tangere videntur in virtute sancte obedientie ac sub universis & singulis in eisdem mandatis & processibus contentis nec non gravioribus etiam arbitrarijs per nos vel vicarium nostrum in spiritualibus infligendis penis censuris & sententijs inviolabiliter observari volumus precipimus & mandamus, Certificantes &c. Datum in Civitate spirensi die Crastina animarum Anno Domini XV^o secundo.

LXXXIX.

Jubilate. Quinquagesimo tercio.

Ludovicus &c. Dum ea de quibus divina Majestas offenditur prosequi pena neglexerimus, ad irascendum profecto Divinitatis patientiam provocamus, quid autem apud eandem altissimam majestatem miserabilius tristius damnabilius his presertim sacerdotibus in aula summi Imperatoris assidue militantibus alijsque clericis in sortem Dei electis, quos a justicie semita rectaque militandi for-

forma hostis humani generis dyabolica fraude aver-
tit ac ad multas & varias iniquitates nephandosque
aetus deduxit adeo quidem ut plerique ebrietati su-
perbie impudicitie incontinentie, alij commessatio-
nibus blasphemijs convitijs rixis reliqui eciam
somnis jocis ludis ceterisque infinitis flagitijs stude-
re non abnuant contra apostolicas pariter & cano-
nicas traditiones, eosdem igitur ut valeamus ad re-
cte vivendi viam reducere & postergata peccato-
rum sarcina suo re conciliari auctori, hic noster
labor est hoc onus, ob id & plerosque sinodales
processus ac alia mandata preter & ultra statuta
provincialia desuper eciam salubriter providentes
vobis sepe sepius ymo singulis sacrosanctis celebra-
tis insinuata, quid cuique agendum vitandumque
foret sedulo enifimus publicari, quibus eciam non
paucos speramus errantes ad reetitudinis & bene
vivendi semitam Dei gratia reduxisse, reliquos nunc
etiam pariformiter prout ex injuncte nobis pasto-
ralis dignitatis sollicitudine obligamur reducere af-
fectamus, ne ipsis eorumque lascivie, que gravio-
ri etiam emendatione digna foret diutius delinquen-
di detur occasio, eosdem igitur processus una cum
sacrorum Canonum Patrumque sanctionibus atque
Provincialibus statutis preactis desuper ut prefer-
tur luculenter providentibus dudum crebris vici-
busa nobis repetitos verum & denuo repetere haud
dubium credimus profuturum, adicientes eisdem
duo precipua in eisdem clariori ac maturiori deli-
beratione expressa, primum ne clerici beneficiati
sua



sua presumant dimittere beneficia suo desuper ordinario inconsulto vel eisdem cedere vel ea resignare ad laicorum manus ut jam sepius factum esse comperimus contra sanctorum Patrum canonicas sanctiones sub pena excommunicationis. Alterum ut Decani sedium ruralium sedulo ac diligenter attendant ad ecclesiarum parochialium personas sub commenda eisdem deservientes, ne quispiam etiam sacerdos ad providendum admittatur nisi suam exhibeat commendam & per ordinarium vel ejus vicarium premisso examine ad hujusmodi curam regendam admissionem habuerit & exhibuerit sub penis & censuris desuper expressis salva nichilominus in utroque mulcta a nobis arbitraria contra hujusmodi nostri mandati temerarios transgressores fulminanda, idcirco hunc & omnes singulosque processus omniaque & singula mandata statuta decreta & instituta hujusmodi & precipue de & super concubinatus incontinecie tabernariorum officiorum ludorum illicitorum, blasphemiarum conviciorum aliorumque viciorum pravitatibus & abusionibus prorsus & evitandis & extirpandis, nec non virtutibus sectandis decentibus & honestis habitibus & moribus assumendis, fertonibus argenti persolvendis & rationibus faciendis atque de questionarijs & clericis alienis sive in diocesi spirensi non beneficiatis aut alias inibi non ordinatis absque admissionum litteris nondum expiratis minime admittendis, cuncta quoque alia a nobis & predecessoribus nostris antedictis emanata mandata in quantum sibi invicem & precipue nostris processibus
non

non contrariantur tenore presencium innovantes & eorundem omnium tenores ac si de verbo ad verbum infererentur pro expressis habentes illos & illa per vos omnes & singulos in omnibus & per omnia singulisque ipsorum punctis & articulis in quantum unumquemque vestrum concernere videntur inviolabiliter & inconcussa sub universis inibi contentis penis sententijs & censuris ac gravioribus etiam arbitrarijs &c. certificantes &c. Datum & actum in Civitate nostra spirensi feria quinta post Dominicam *Quasi modo geniti* Anno Domini Millesimo quingentesimo tercio nostri vicariatus sub sigillo presentibus sub impenso.

XC.

Martini. Quinquagesimo tercio.

Ludovicus &c. injunctum nobis pastoralis servitutis officium, quod nunc favente Domino nostris diucius humeris pacienter sustulimus, sedula adhuc perurget instancia, cunctorum nobis subditorum signanter clericorum qui alijs in speculum recte vivendi sunt positi, ut plus illis castius videlicet honestius & temperantius vivendo conscientie puritatem observare jubemur condiciones pensare, ut debito ad singula directo etiam respectu sic circa eorum statum salubriter dirigendum vigilanti cura vacemus, quod exinde boni sua pace letentur, errantes ad rectam reducantur viam & maligni pro suis excessibus condignam recipiant penam, licet autem



tem in multis retroactis sinodis per nos celebratis preter & ultra varia sanctorum Patrum & predecessorum nostrorum salubria mandata provincialiaque & sinodalia instituta dudum edita multos processus sinodales de & super concubinatus continentie ac tabernariorum officiorum ludorumque illicitorum aliorumque viciorum pravitatibus prorsus vitandis & extirpandis atque honestis & decentibus moribus, quibus de bono in melius & tandem ad eterne salutis statum devenitur assumendis nonnullisque alijs frequentandis & exercendis etiam sub certis formidabilium censurarum penis aliasque & alia emiserimus fecerimus & fieri mandaverimus, prout in eisdem processibus vobis palam publicatis latius conspicitur contineri, illis tamen apud plerosque ex vobis aures suas obturantibus nichil aut parum profecimus tepida forsann penarum predictarum inibi in contravenientes adjectarum executione causante, ne igitur nos negligentie vicio gravius inde ab altissimo judicemur, ex nunc in antea studiosiori sollicitudine attendere & nedum sola hujusmodi delictorum prohibitione contentari sed & penas delinquentibus impositas edubie exequi, ipsosque delinquentes condigna emendatione, ne alijs similia faciendi viam parent, corrigere decrevimus & volumus, quapropter inter omnes processus per nos emanatos duos vobis omnibus ad memoriam revocamus, unum quem in teneris nostris annis dum Pontificatus dignitatem accepissemus favento Domino Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo emanari

nari fecimus, ejus puncta articulos & excessus potiores consignavimus & publicari fecimus, eundem quasi nunc de verbo ad verbum ad memoriam revocatum atque promulgatum cum suis penis & censuris esse volumus. Alterum denique quem memorie conservavimus super concubinato publicari fecimus anno nonagesimo sexto, eundem pariter cum suis pessimis radicibus priori processui adicimus, nichil enim tantopere clericorum vitam depravat, nichil eorum statum ordinem & dignitatem sic denigrat, nichil denique sacrum eorum ministerium quo corpus & sanguinem Domini nostri ihesu christi quotidie tractare solent coinquinat, sicut impudica eorum cum mulieribus pravis conversatio, cohabitatio commaculatioque, hos itaque duos processus nostros una cum omnibus & singulis sinodalibus & alijs statutis ac mandatis preactis tenore presencium repetimus & innovamus illosque & illa in omnibus & per omnia in singulis ipsorum punctis & articulis ac juxta eorum omnimodam continentiam & tenorem à vobis omnibus & singulis cujuscunque dignitatis status ordinis sive conditionis extiteritis, in quantum unumquemque vestrum concernunt in virtute sancte obedientie & sub universis penis sententijs & censuris inibi contentis ac gravioribus etiam arbitrarie per nos sive vicarium nostrum in spiritualibus desuper infligendis firmiter & inconcusse observari ac custodiri volumus atque mandamus. Certificantes &c.



XCI.

Jubilate. Anno quingentesimo quarto.

Ludovicus &c. Cum superna dispositione ad pastorale vocati regimen & ob id innumeris laboribus curis & oneribus sine intermissione gravati molestemur & obruamur, hoc tamen precipue sedula cura intentaque mentis acie nobis versandum esse putamus, ut gregem dominicum terribili nobis sententia commissum vigili custodia studioque indefesso tutemur & custodiamus, errantemque ad pascua revocemus salutaria, quod potissimum consequi arbitramur, si clerum quem in partem sollicitudinis nobis sociavimus & assumpsimus ad sui status & dignitatis rectitudinem officijque integritatem reduxerimus reductumque sancte beateque confoverimus, ipsi enim sunt tanquam sagitta ad metam constituti & quod ab eis agitur facile trahitur a subditis in exemplum, & alibi dicitur, si sacerdos qui est unctus peccaverit, faciet delinquere populum meum & alias egregium illud ecclesie lumen jheronimus, Veteres inquit, scrutans historias invenire non possum aliquos alios scidisse ecclesiam Dei & de domo Domini seduxisse populos preter eos qui sacerdotes a Deo positi erant & prophete id est speculatores, addit, isti enim vertuntur in laqueum tortuosum in omnibus locis ponentes scandalum. Recto igitur tramite incedentes & vestigijs predecessorum nostrorum firmiter inherentes precipiendo mandamus, ut clerici nostre
 juris-

jurisdictioni subjecti tituloque ecclesiastico insigniti officium diurnum pariter & nocturnum pensum servitutis sue diligenter attenteque persolvant, si nostram divinamque vindictam evitare voluerint, nullum enim unquam novimus in hoc seculo prosperari, qui illas dicere neglexit. quid novi de incontinentia fornicatione concubinato negotiatione scurrilitate levitate habitu incessu vita & moribus vestris dicamus aut afferamus, modo quicquam in mente venire non potest, quod non tocies intra hos parietes vobis & promulgatum & gravibus sub penis mandatum sit, ut etiam hij lapides columnen hoc & parietes clamare possent, ea propter antecessorum & nostros processus statuta sinodalia & provincialia prememorata vicia & alia comprimencia vobis in his subsellijs creberrimè promulgata ut breviores simus hic pro repetitis cum suis penis habere volumus perinde ac si de verbo ad verbum hic forent inserta, committentes officio fisci nostri ut oculus circumspectum ad eos habeat, qui vitijs talibus se non metuunt coinquinare, diligentique animo verset, quod talia reprimantur & quam severissime emendentur, quo circa vos omnes & singulos hortamur in domino & in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus culpabiles in premissis & qui concubinas mulieres suspectas vel adulteras cum quibus haecenus consuetudinem in vel extra domum suam habuerint realiter & cum effectu dimittant, si nostram indignationem & fisci penas subterfugere volunt, sunt alia complurima que in presentiarum perfunctorie transire



cogimur cum paucis perstringi non possunt, principio quidem volumus, quod nullus vestrum stipendium nondum à nobis vel vicario nostro confirmatum officiare vel deservire vel fraternitatem nostra auctoritate non roboratam publicare vel peragere presumat aut clericum ignotum sive aliene diocesis absque nostro indulto litteratorie ostenso in diocesi nostra ad celebrandum vel officium assumat vel permittat, Preterea volumus quod ecclesiarum Rectores plebani & perpetui vicarij apud proprias ecclesias resideant & ad ordines sacros juxta sacrorum Canonum statuta sese faciant promoveri, nisi super hoc a nobis dispensationem ex causa studij vel alias de indulto nostro & permissione speciali ad tempus abessendi licentiam vel veniam obtinuerint litteratorie, volumus etiam quod capellani & Primissarij juxta vim & tenorem suarum institutionum personalem faciant residentiam & assistentiam in Divinis plebanis eorum cum diligentia sub penis contentis in statutis nostris sinodalibus, Recepimus insuper quod ultimarum voluntatum executores sive manufideles gravissimos sumptos & expensas faciant presbiterorum catervam ad primum septimum & tricesimum obitus defuncti convocando, licet bona defuncti vix se ad eris alieni exolutionem extendant, ut si quando eos pro negotiorum defuncti seu verius testamenti expeditione ediculas suas exire contigerit, vectura vel equitatura utuntur pretiosa tantosque sumptos pro itinere & viatico computant ut his moribus ferme totam relictam defuncti substantiam exhauriat, nec

creditorum nec nostri juris rationem habentes, ea propter volumus & mandamus, ut mox post testatoris mortem omnes & singulas res defuncti in inventario annotentur & sub fideli clausura custodiantur nec cuiquam ad easdem pateat accessus, nichilque nobis vel vicario nostro in consultis ex eisdem alienare vendere donare vel in solutum dare presumant, credita liquidata Conscribant & sic se se nobis vel vicario nostro representent ut si quid difficultatis occasione rerum vel testamenti emerferit, nichil propria temeritate agant, sed quod in consilijs vel mandatis receperint id fideliter exequantur, hortamur etiam eisdem executores & manifideles, ut fertonem argenti exolvant & rationem testamentorum infra tempora in sinodalibus processibus & statutis diffinita sub penis inibi contentis reddant, quia vero complures ex vobis superiori anno decefferunt de quorum testamentis admodum pauci rationem adhuc reddiderunt, idcirco & nunc precipimus omnibus & singulis Decanis & Camerarijs nostre diocesis quatenus presbiterorum in suis Ecclesijs vel Capitulis defunctorum nomina propria diem obitus, qui infra annum & mensem retroactis temporibus decefferunt & preterea executorum & manifidelium eorundem nomina infra mensis spatium annotare & presentare procurent, & id ipsum etiam in futurum faciant, ne quod absit, aliquod testamentum supprimatur & si qui executores vel manifideles tempus reddende rationis transierint vel fertonem nondum prestiterint, eosdem nobis infra idem denuntient



tempus ut a nobis declarati & publicati ab omnibus evitentur. Certificantes &c. *)

- *) Anno Domini Millesimo quingentesimo quarto Indictione octava Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Dni julij Divina Providentia Pape secundi anno primo, die vero XXIII. mensis Augusti regnante Domino Maximiliano Romanorum Rege semper Augusto Archi Duce Austriae cet. anno imperij sui decimo nono obiit Reverendus in Christo Pater Dnus Ludovicus de Helmstadt Episcopus spirensis. Deinde die Veneris sexta mensis septembris Reverendus in Christo Pater et Dominus Dnus Philippus de Rosenbergh pro tunc Cantor et Canonicus Majoris ac sanctorum Germani et Mauritij spirensium Ecclesiarum Prepositus in Presulem spirensis fuit electus.

XCII.

EXCERPTA EX NECROLOGIO PRU- MIENSI.

Ann. MXXX.

Rambertus Epif.
ob. Cuonradus Imperator.
Richardus Fuld. Abbas
Vwillihelmus Comes
Radolfus Abbas
XI. Kal. Sept. sol Eclypsim passus est VI. hora
Heinricus Bambergensis Abbas
Reginboldus Epif.

Ann.

Ann. M. XL.

Hildolfus Epif.

Sunzo Abbas

II. jd. Aug. ob. Eberhardus Bamberg. Epif.

Ann. M. XLI.

ob. Ernuff, & Burchart, Comites

Ruotharius Epif.

Gebehardus Comes

Diotmarus Archiep.

Eppo Comes

Arnoldus Abbas.

Ann. M. XLII.

Helias Abbas

Heribertus Epif.

Herimannus Epif.

Bobbo patriarcha

Ann. M. XLIII.

Animachadus mon. XVI. Kal. martii

Gifela Imperatrix

V. Kalend. Apr. figivardus Fuld. Ecclef. Abbas

VII. id. maij Bruningus Lareshamens. Abbas

Erkenbaldus Abbas

Lyvboldus Marchio

Ann. M. XLIII.

Hazecho Vuormaciens. Ecclef. Epif.

Eclypsis solis facta est X. Kal. decemb. a I. hora usque ad VIII.



Ann. M. XLV.

Brun. Epif.

Ann. M. XLVI.

Wiltrud clusaria

Ann. M. XLVII.

Magnus Epif.

Eppo Epif.

Boppo Archiep.

Diederich Epif.

Hageno Abbas

Anshelmus Abbas

Heinricus Dux

Clemens Papa VII. id. octob.

otto dux.

Rohingus Abbas.

Ann. M. XLVIII.

Diedericus dux

Clemens Abbas

Ratmundus Abbas

Hirrant Abbas

Gamnolt Abbas

Ann. M. L.

Hunolt Epif.

Wicbure Abbatissa

Geroldus Abbas

Ann. M. LI.

Hunfridus Archiep.

Bardo Archiep.

Cozuvin Comes

Ann.

Ann. M. LII.

Nithardus Epif.
 Hugo Abbas
 Adelolt Abbas
 Aaron Abbas
 Radebodo Comes

Ann. M. LIII.

Hezlint Epif.

Ann. M. LIII.

Sigebodo Epif.
 Ruogazz Abbas

Ann. M. LV.

Odalricus Epif.
 Cuonradus puer, filius Imperatoris Henrici
 Richardus Abbas
 Dyotmar Abbas
 Buolo Abbas
 Arnoldus Episcop. & monachus
 Cuono dux
 Welf dux

Ann. M. LVI.

Heriman. Archiep.
 Henrich Comes
 Henricus Imp. Aug.

Ann. M. LVII.

Theodoricus Epif.
 Adilbero Epif.



Ann. M. LVIII.

beatus Stephanus papa
 Helpholdus Abbas
 Wifilo Abbas
 Ekkebertus Abbas
 Gundhardus Abbas

Ann. M. LVIII.

Winitharius Epif.
 Meinherus Abbas
 Gothahelmus Abbas
 Burchardus Epif.
 Lyubpolt Archiep.

Ann. M. LX.

Adalbertus Comes
 Arn Abbas
 Mathildis Abbatissa

Ann. M. LXI.

Abbelinus Abbas

Ann. M. LXII.

Sigebodo Comes
 Adalbardus Abbas
 Bardo Abbas

Ann. M. LXIII.

Diobolt Comes
 Reginbodo & Wienant occisi sunt; in vigilia pe-
 tecostes
 Henricus Epif.
 Adilhelmus Abbas

Gunt-



Guntherus Comes
Eberhardus Archiep. Trevirensis
Burchardus Comes occifus
Bicho Abbas.
Engilhart Archiep.
Meinhardus Epif.

Ann. M. LXIII.

Thomas Epif. & clufinar
figefrit comes
Guntheri Epif.
Arnoldus Epif.

Ann. M. LXVI.

Adilhelmus Abbas
Guntherus Comes
Eberhardus Archiep. Trevirens.
Burchardus Comes occifus est
Bicho Abbas.

Ann. M. LXVII.

Gozwin Comes
Gerhart Comes
Werinhart Comes
Otto marchio
Eberhardus comes

Ann. M. LXVIII.

Hug Comes occifus est

Ann. M. LXVIII.

Godefridus dux

Ann.

*Ann. M. LXX.*

Herimannus Comes
 Dedi Comes
 sigefridus comes
 Stephanus comes

Ann. M. LXXI.

Saricho Abbas
 Meinwardus Abbas
 Ricmundus & Vwideroldus, comites occisi sunt

Ann. M. LXXII.

Diodericus Abbas
 Degano Abbas

Ann. M. LXXIII.

Arnoldus Abbas
 Alexander papa
 Gerhardus Comes
 sigebodo Comes

*Ann. M. LXXIII.**Ann. M. C. II.*

Heirricus Imp. cum Exercitu Terram Ruperti
 comitis Flandrensis intrat, castrum Bolzain
 cum multis aliis castellis capit & incendit, &
 firmissimum castrum Slusam expugnat, & in-
 cendit, multis captis, & paucis occisis, Ru-
 pertus victoriæ Imperatoris . . . sua ipse
 munitissima castra comburit, scilicet
 In-

Inci marcon, quod erat
comitis Cameracii.

Ann. M. C. III.

Rupertus Leodii Imperatoris gratiam impetrat.

XCIII.

LECTIO JOANNIS *) GERAW AB- BATIS SANCTI JACOBI MOGUNTIAE.

In Nomine Domini amen. Reverendissimo in
Christo Patri & Domino nostro D. *Frieli* S. Sedis
Maguntinensis Archiepiscopo &c. principi electori
Domino nostro gratiosissimo. *Theodoricus* Prior
totusque Conventus Monasterii S. *Jacobi* &c. V.
Reverendissimae Paternitatis, humiles & devoti fi-
lii Cum omni reverentia orationum nostrarum suf-
fragia, ac infra scriptorum agnoscere veritatem.
quia propter vacationem diuturnam monasteria
pastoralibus solatiis destituta gravia in spiritualibus
Et temporalibus. dispendia patiuntur, idcirco a
Nativitate Domini M. D. X. die veneris mensis
Oëtobris XXV. defunéto bonæ memoriæ Reveren-
do Patre *Hermanno Prufs* Abbate novissimo &c.
& ipsius Corpore Cum reverentia tradito Ecclesia-
ricæ sepulturæ, ne ipsum Monasterium viduitatis
suz incommoda diutius deploraret, fuit à præsen-
tibus dies Mercurij penultima Mensis Oëtobris
Cum

*) Joannes Manger de Geraw.



Cum Continuatione immediate sequentium dierum ad electionem futuri Abbatis celebrandam Concorditer assignatus. Convocatis igitur secundum statuta nostra venerabilibus religiosisque Dominis ac Patribus, *Frideric*o Montis S. *Joannis Baptistæ* Ringaviensis, & *Marcellino* Selgenstadiensi Abbatibus visitoribus nobis in Capitulo annali novissime deputatis, specialiter etiam vocato *Theoderico* Abbate Gronaviensi, aliisque convocandis, & convenientibus in termino supradicto ad Capitulum nostrum omnibus, qui debuerunt voluerunt, & potuerunt Commodè interesse post invocationem sancti spiritus persolenem & devotam missæ de eodem in præsentia omnium electorum celebrationem, ac saluberrimæ Eucharistiæ Sacramenti eligentium Communionem aliisque juxta Sacri Concilij Basiliensis decreta rite peractis, matura deliberatione præhabita placuit nobis omnibus & singulis per formam Compromissi restricti procedere sub hac limitatione, quod tribus De Conventu nostro electis, qui Scrutatis sigillatim singulorum votis in secreto illum eligerent ex se vel aliis de conventu in quem major & sanior pars totius Capituli nostri Consentiret. quibus sic peractis electi sunt tres Compromissarij de Gremio Conventus nostri per viam Scrutinij scilicet.

Theodericus Prior. *Joannes* maset. & *Joannes* Geraw Cellerarius.

Qui compromissarij una cum Dominis Abbatibus supra nominatis ad armarium sive Sacristiam

se recipientes Secreto & singulatim primo sua, & postea singulorum Cunctorumque vota diligenter exquirentes, eaque stilo per tabellionem commendantes Compertum est vota majoris & Sanioris partis totius Capituli nostri in religiosum fratrem *Joannem de Gerawe* Cellerarium monachum dicti monasterij expresse professum directa esse, virum utique providum & discretum, litterarum scientia, vita & moribus ac virtuosis actibus merito Commendandum, in Sacerdotio & ætate legitima Constitutum, & de legitimo matrimonio procreatum, tamque habilem & idoneum, in Spiritualibus devotum religionis & observantiæ regularis Zelatorem, ac in temporalibus non mediocriter circumspectum, aliisque multiplicibus Castimoniæ & Sanctimoniæ virtutibus insignitum. Quem ego *Theodericus* Prior supradictus unus compromissariorum de consensu & voluntate alterius Compromissarii vice mea & Suâ ac omnium Electorum virtute compromissi in nos facti publice elegeri, pronunciai & electum publicavi in Abbatem & pastorem nostri monasterii *S. Jacobi* præfati, In nomine Patris & filii & spiritus S. qua electione sic rite celebratâ a dicto Electo consensum ipsius, humili precum instantia flagitantes requisivimus, qui post humilem insufficientiæ Suæ allegationem tandem divinæ nolens resistere voluntati annuit votis nostris, Electioni de se factæ consentiens, ac deinde *Te Deum Laudamus* decantato, pulsatisque Campanis omnibus ac orationibus consuetis perlectis aliisque Ceremonialibus Juxta ordinis nostri consuetudinem



expletis, ipsam electionem Secundum juris Com-
 munitis dispositionem factam coram omnibus, qui il-
 lis convenerant solenniter fecimus publicari, de-
 nunciantes universis & singulis, si qui per se vel
 alium seu alios contra & adversus dictam nostram
 electionem aut electi personam allegare, dicere vel
 excipere voluerint, infra trium dierum terminum
 id faciendi liberam habeant facultatem, alioquin
 dicto termino lapsa in electi nostri negotiis ad ul-
 teriora processum nos noverint esse facturos, quia
 vero in præfixo termino Jam dudum transacto, ne-
 mo de contradictionibus comparuit. Ea propter
 Reverendissime in christo Pater R. P. V. Nos *Theo-*
dericus Prior totusque Conventus in memorati mo-
 nasterij tam devotè quam humiliter cum præfato
 Electo, supplicamus, quatenus electionem eandem
 sic Canonice & solenniter celebratam confirmare
 ac eidem Electo munus Benedictionis favorabiliter
 impertiri, aliasque prout opus fuerit opportune
 providere dignemini, ut Deo auctore nobis & ipsi
 monasterio velut pastor bonus præesse valeat uti-
 liter & prodesse, nosque & alii ejus subditi sub
 ipsius regimine in observantia regulari Domino
 virtutum possimus salubriter militare. acta sunt hæc
 in monasterio montis S. *Jacobi* sub anno à Nativi-
 tate Domini M D. X die verò mercurij mane no-
 na horà mensis Octobris penultima, Pontificatus
 sanctissimi in christo Patris & Domini D. nostri D.
Julij divina providentia Papæ II. anno VII. in quo-
 rum omnium & singulorum fidem & testimonium
 præsentibus nostras electionis litteras sigilli nostri
 Con-



Conventualis appensione, manumque nostrarum
um Notarij Publici subscriptione jussimus & feci-
mus Communiri, præsentibus ibidem venerabili-
us & circumspèctis viris Dominis *Georio Bebem* Ca-
nonico ad gradus *Maguntix* Sacræque Theologiæ
licentiato, & *Wigando Rudolffi* artium magistro me-
ropoliticæ Ecclesiæ *Maguntinensis*. vicario, testi-
bus ad præmissa vocatis pariter & requisitis &c.

1. Ego frater *Theodoricus* Prior Compromissaria-
rius his omnibus interfui & huic decreto ma-
nu propria me subscripsi.
2. Ego frater *Eberhardus* de *Laynstein* in ipsum
consensi & manu meâ subscripsi.
3. Ego *Joannes Maëseyck* unus Compromissario-
rum omnibus his interfui & ipsum Dominum
Joannem elegi consensum dedi & manu pro-
pria manu meâ me subscripsi.
4. *Egidius* vestiarius.
5. *Henricus* de *Noviomago*.
6. Frater *Daniel*.
7. *Henricus* *Oppenheim*.
8. frater *Antonius* Subcellerarius.
9. *Hermannus* *Braxatoris*.
10. Frater *Wilhelmus*.
11. Frater *Tillemannus*.
12. Frater *Benignus* Custos.



13. Frater *Hermannus* Magister Novitiorum.
14. Frater *Conradus Fabri* Cognomento *Ysfogel* de Bregancia.
15. Frater *Nicolaus Geraw*.
16. Frater *Nicolaus* de Maguntia Hospitalarius.
17. Frater *Wolfgangus*.
18. Frater *Michael Breitbard* de Maguntia.
19. Frater *Ewaldus Biddelborn*.
20. Frater *Nicolaus* De Sancto Goars.
21. Frater *Joannes* de Bruxella.
22. Frater *Michael Coci* de Maguntia in ipsum Dominum Consensi & manu mea subscripsi.

Et Ego quoque *Tilmannus Selbach* Clericus Treverensis Diocesis Sacra Imperiali auctoritate publicus Notarius.

XCIV.

CONFIRMATIO JOANNIS DE GERAW ABBATIS S. JACOBI ET EJUS BENEDICTIO.

*U*riel Dei gratia Archiepiscopus &c. Religioso nobis in Christo dilecto *Joanni* De *Geraw* Electo monasterij S. Jacobi & Salutem in Domino Sempiternam.

Cum



Cum conservandæ religioni nihil sit tam expediens, nihilque tam necessarium, quam locis & Monasteriis pastoris solatio destitutis, eos præfici viros, quos vitæ ac morum Sanctitas, Gubernandarumque rerum prudentiæ testimonium Commendat. Sane vacante nuper Abbatia monasterii S. *Jacobi* præfati per obitum quendam *Hermanni Prufs* Abbatis novissimi. Cum Prior totusque Conventus Conventualiter Congregatus fuisset, vocatis vocandis ad terminum legitimè præfixum ad finem & effectum sibi, monasterioque præfato de digno pastore providendi eligendi & nominandi, ac propterea in religiosos devotos nobis in Christo dilectos *Theodericum* Priorem *Joannem Maseck* & te *Joannem de Geraw* Compromisso Capitulariter factò, solemnibusque ex more in nomine S. Spiritus expletis, a una cum religiosis devotis nobis in christo dilectis *Friderico* S. *Joannis* in Ringgauuia ac *Marcellino* Selgenstadiensi monasteriorum Abbatibus, ad Electionem processu, iidem Abbates & Fratres monasterij prædicti hujus negotij Compromissarij numero majores & potiores vota sua concorditer & unanimiter in personam tuam conferentes, Te in Abbatem dicti Monasterij Conventu & fratribus ejusdem capitulariter ad hoc congregatis nominaverunt & elegerunt, & deinde coram populo in Choro Ecclesiæ per organum prædicti *Theoderici* Prioris pronunciarunt & publicarunt. Cui quidem electioni & nominationi si Spiritus tui humilitate consentire eminentiamque suscipere aliquamdiu recusaveris, victus tamen multa precum instantia



ductusque fortitudinis Spiritu tandem dictæ nominationi sive Electioni consensum præbuiti, pro ut hæc omnia in Litteris Decreti Electionis Coram nobis productis plenius continentur: fuitque pro parte tua Priorisque Et Conventus prædicti humiliter Supplicatum, ut nostræ confirmationis robur adyceres, teque in Abbatem dicti monasterij præficere & Confirmare dignaremur. Nos de processu Compromissi Electionis sive Nominationis prædictæ, deque tua religiositate, vita & moribus, fide etiam & prudentia informati &c. Dictam electionem, provisionem & nominationem de te ut præmittitur, factam, confirmandam duximus, teque in Abbatem præficiendum esse pronunciamus, atque tenore præsentium Confirmamus, Declaramus ac te in Abbatem dicti Monasterii præficimus atque investimus, regimen, Gubernationem, & administrationem ejusdem in Spiritualibus & temporalibus tibi Committentes, præstito prius à te in manibus nostris receptaque Corporali promissione & juramento, quod ab hac hora in antea fidelis eris *S. Martino* Sanctæque Ecclesiæ Moguntinæ nobisque ac successoribus nostris legitimè inrantibus, neque eris unquam in Consilio, tractatu vel facto ut membrum statumve perdamus, quin imo salutem nostram Ecclesiæ nostræ Moguntinensis, procurabis & promovebis, malaque & adversa pro possibilitate avertes, & præsertim jura nostra & Ecclesiæ nostræ nobis in monasterio prædicto Competentia nobis conservabis, & de his respondebis, neque bona monasterii nobis vel Successoribus nostris inconsultis vel invitis alienabis, subjectionem,

reve-



reverentiam & honorem a Sanctis patribus Constitutum salvo ordine tuo nobis exhibebis, & quod rationes annales tuæ administrationis nobis ac Successoribus nostris, aut nunciis ad hoc mittendis facies. quapropter Priori & Conventui, monachis cæterisque dicti monasterij personis Colonis & Censuarijs omnibusque & singulis districte præcipientes mandamus, ut tibi obedientiam & reverentiam faciant, teque veluti Abbatem Colant & observent, ac tibi per omnia obediant, & de censibus & redditibus respondeant, unde te per debitum assumpti oneris adhortamur, ut eum te præstes in negotiatione Domini gestorem, quo centuplum accepturus Deo auctore Salutem mercaris æternam.

Cæterum munus benedictionis tibi propediem data opportunitate impartiemur, teque in corporalem realem & actualem possessionem dictæ Abbatie adhibitis circa hæc Solemnitatibus solitis & consuetis inducimus. Datæ apud arcem S. *Martini* in Civitate nostra Moguntina sub sigillo nostro, die quinta mensis Novembris Anno Domini M. D. X.

Litteras subsequens Benedictionis ejusdem Domini Joannis Abbatis vide apud Joannis Script. Rer. Mog. Tom. II. pag. 816. ibidem citatur Bucelinus Germ. sacr. pag. 197. qui Joannem Congregationis Bursfeldensis ornamentum appellat.





XCV.

ELECTIO CHRISTIANI *) ABBATIS
S. JACOBI.

Reuerendissimo in christo Patri & Domino nostro *D Sebastiano* S. Maguntinensis sedis Archiepiscopo Sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellario Principi Electori Domino nostro gratiosissimo, Frater *Joannes Baptista* sub prior & Custos, totusque Conuentus Monasterii S. *Jacobi* &c. Reverendissimæ vestræ paternitatis humiles & devoti filij obedientiam & honorem cum omni reverentia, orationum nostrarum suffragia, ac infra Scriptorum agnoscere veritatem. Cum monasteria propter vacationem diutinam pastoralibus solatijs destituta gravia in Spiritualibus, & temporalibus dispendia patiantur. Ideirco anno à natiuitate Domini M. D. LI. die veneris mensis Junij s. defuncto bonæ memoriæ Reverendo Patre Domino *Joanne de Geraw* novissimo monasterij nostri præfati Abbate ipsius Corpore cum devotione & reverentiâ tradito Ecclesiasticæ Sepulturæ. ne ipsum monasterium viduitatis suæ incommoda diutius deploraret, fuit à præsentibus dies veneris quæ est 12. mensis Junij cum continuatione immediate sequentium dierum ad electionem futuri Abbatis Celebrandam, triduo jejunio & orationibus solidis præmissis Concorditer assignatus & decretus. Convocatis igitur secundum statuta nostra venerabilibus Religiosisque Patribus & Dominis *Petro Laccensi*,

*) Christianus de Hamburg Saxo erat.



centi, Gerbardo-Schonauuienti, & Joanne montis S. Joannis in Ringavia Abbatibus visitatoribus nostris nobis in Capitulo annali novissimè deputatis, ac specialiter advocato venerabili Domino *jodoco de Selbach* Jurium licentiatò Decano S. Petri *Moguntia* Prothonotario &c. ac monasterij nostri fautori singulari, alijs convocandis, citatisque etiam ad hoc nostris literis citatorijs per notarium publicum in valvis seu portis Ecclesiae nostrae affixis omnibus & singulis, qui huic Electioni de jure vel consuetudine debuerint vel potuerint interesse, &c. omnibusque rite peractis placuit &c. per viam Compromissi limitati procedere, Idcirco Compromittimus in Supradictos Dominos Abbates & Dominum *Jodocum Selbach* & in eisdem Compromissimus cum limitatione sub forma sequenti. Ego frater *Christianus* Prior totusque Conventus &c. fatemur publice atque protestamur, Coram vobis Notario & testibus quod vacante Abbatia jam dicti monasterii nostri ex obitu quondam Reverendi Patris &c.

Si autem Contingeret vota eligentium hinc inde dispergi per plures nominatos unde difficultas oriri possit, praedictis Compromissariis nostris omnimodam facultatem & potestatem conferimus ut quilibet eorum votum liberum juxta dictamen Conscientiae suae in hac electione habeat, & sic tandem omni unum votis collectis, quem secundum Dei timorem, ac conscientiarum fidum testimonium crediderint esse meliorem & utiliore &c. Si autem ipsi Compromissarii nostri ante solis occasum hujus diei non



elegerint aut ipsam electionem terminaverint, ex tunc jus Electionis in manibus nostris Illesum remanere volumus. Super quibus omnibus & singulis à Notario infra scripto publicum instrumentum petivimus.

Quam potestatem Compromissionis sibi a nobis traditam prænominati benigne acceptantes, omnibus nobis in loco Capitulari remanentibus una Cum Notario & testibus ad Sacellum S. *Bartholomæi* retrofacrarium se se recipientes &c. Secundum ordinem singulorum vota diligenter exquirentes &c. Compertum est vota majoris & sanioris partis totius Capituli nostri in V. & religiosum fratrem *Christianum* Priorem expresse professum directa esse ac consensisse virum utique providum & sincerum &c. quem Reverendus Dominus *Petrus* Abbas *Lacensis* Director Ex Compromissariis &c. pronunciavit, sub hâc verborum forma. ad laudem & gloriam Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Gloriosæ virginis *Mariæ* S. *Jacobi* Apostoli Patroni hujus Monasterij ac totius Cælestis Curiaë feliciter triumphantis Ego *Petrus* &c. omnia ut in superiori Decreto mutatis mutandis. Præsentibus ibidem venerabilibus Dominis *Joanne Vnckel* Sigillifero Moguntinensi, ac sancti *Stephani*, nec non *Joanne Fische* S. *Matthij* Moguntinensium Ecclesiarum Canonici.

Ego frater *Joannes Baptista* Subprior & custos prædictis interfui, et in prædictum Fratrem *Christianum* Consensi ac etiam manu propria huic

De-



Decreto subscripsi. Ego Frater *Ioannes Chryso-*
stomus Hospitalarius. Ego Frater *Erasmus* Infirmari-
marius. Ego Frater *Iacobus*. Ego Frater
Martinus Ordenheim vestiarius, Ego Frater
Nicolatus. Ego Frater *Valentinus*. Ego Frater
Petrus. Ego Frater *Cornelius* Ego Frater *Geor-*
gius, in præfatum Dominum Consensi & subscripsi
&c.

Et Ego *valentinus Dorre* de *Itzstein*
Clericus Treverensis diocesis Pub-
licus Apostolica Et imperiali au-
toritatibus Notarius subscripsi.

XCVI.

ELECTIO CHRYSOSTOMI ABBATIS S. JACOBI.

Reuerendissimo in Christo Patri & Domino
nostro *Danieli* Archiepiscopo Moguntino &c.
Anno à Nativitate Domini M. D. LV. die Lunæ
XXV. mensis Martii, defuncto bonæ memoriæ
Reverendo Patre Domino *Christiano* novissimo mo-
nasterij nostri Abbate & ipsius Corpore Ecclesia-
sticæ tradito Sepulturæ. ne ipsum monasterium
nostrum ex diuturnâ vacatione in spiritualibus
& temporalibus, majora damna & incom-
moda patiatur maturo Consilio & Concordi
animo deliberavimus & decrevimus die Jovis
post Dominicam Judica quæ est quarta mensis
Aprilis ad Electionem novi Pastoris per viam



præfatum D. Consensi & propria manu subscripsi. Ego *Valentinus Weicker* publicus Sacra Imperiali auctoritate Notarius &c. hoc præfens publicum instrumentum manu propria subscriptum exinde confeci subscripsi &c.

Chryfostomum Moguntina civitas educavit. Pafsim audit vir doctus et excellentis ingenij divinarumque scripturam studiosus amator.

XCVII.

HENRICUS DE LUZZELENBORG, ANTEQUAM REX ROM: ELIGERETUR, VARIA ECCLESIE MOGUNTINÆ ADPROMITTIT.

Judices sancte Maguntine sedis recognoscimus per presentes Nos anno Dni M^oCCC^oI^oX. XI Kalen. Marcij litteras infra scriptas spectabilis viri Domini *Henrici* Comitis *Luzilinburgensis* nunc Romanorum Regis vero sigillo pendenti comitatus predicti sigillatas non cancellatas non abolitas omnique suspicione carentes vidisse & de verbo ad verbum perlegisse tenorem hujusmodi continentes: Nos *Henricus* Dei Gracia Comes de *Luzzelenborg* Deum justiciam equitatem nec non fideliem diligenciam & devocionis purissime constantiam quam venerabilis Pater & Dominus noster Dnus *Petrus* sancte Maguntine sedis Archiepiscopus sacri Imperij per Germaniam Archi-
Can-



Cancellarius circa nos & nostri exaltationem habet & habuit cum effectu nostre consideracionis oculis proponentes promittimus fideliter imo sponte ac liberaliter nos per fidem nostram loco juramenti prestitam obligamus, quod si forte divina providentia disponente ad fastigium sive culmen Regie Majestatis Regni Romanorum provehi nos contingat, ea que inferius sunt contenta propter causas justas veras & notorias que in ipsis esse noscuntur, conservabimus & manutenebimus & ad plenum effectum Deo propicio perducemus, cartulam eciam hujus digne promissionis ac juste obligationis nostre mox sine more dispendio faciemus Typario regalis excellencie ad robur validius consignari, inprimis Ecclesiam sanctam Dei & specialiter Ecclesiam Maguntinam per omnia membra sua tam in spiritualibus quam temporalibus Civitatis Dyocesis & provincie Maguntine defendabimus fideliter conservabimus & manutenebimus efficaciter in omnibus suis juribus honoribus libertatibus bonis possessionibus privilegijs & gratijs sibi datis & factis a Divis Imperatoribus & Romanorum Regibus. Item gratias & privilegia hujusmodi confirmabimus & innovabimus sicut jacent de verbo ad verbum per litteras speciales sigillo regio consignandas. Item ipsum Dominum Archi Episcopum successores suos & Ecclesiam Maguntinam predictam pro toto posse nostro sine dilatione adjuvabimus cum effectu etiam personaliter si fuerit hoc necesse contra quoslibet injuriatores temerarios offensores turbatores ipsorum & specialiter contra ci-



ves Maguntinos & Burgenfes Erfordenfes ad iusticiam optinendam ab ipsis & injuriam propellendam quando & quociens super eo fuerimus requisiti. Item causas ecclesiasticas nullo modo alibi nisi coram suis iudicibus permittemus tractari seu decidi, personas eciam ecclesiasticas pro quacunque causa non alibi nisi eciam suis iudicibus permittemus aut sustinebimus conveniri seu eciam judicari. Item theloneum in *Loynstein* quod propter causas certas veras & iustas institutum dinoscitur & traditum ecclesie Maguntine per Dive memorie Reges Romanorum laudamus ex certa scientia & ex superhabundanti confirmabimus & innovabimus eidem. Item opidum *seligenstad* & comitatum *Bachgowe* propter veritatem opinione cedente compertam & iusticiam expeditam clare dicimus & publice declarabimus ad prefatam ecclesiam Maguntinam sine dubio pertinere. Item specialem prerogativam quam habet & habere debet super ministerialibus & castrensibus ecclesie Maguntine non trahendis in jus coram aliquo seculari iudice nisi prius Coram Archiepiscopo Maguntino Domino suo conveniantur & ibi jus deficiat pro quacunque causa conservabimus inviolabiliter & ab alijs faciemus similiter conservari. Item conservabimus & manutenebimus eum & ecclesiam suam predictam in iuribus honoribus & dignitatibus & utilitatibus universis Archi Cancellarie Sacri Imperii per Germaniam & specialiter in Cancellario protho notario & Notarijs instituendis & destituendis in Aula Regia per eundem qui sibi loco & vice nostri pro obe-



obediencia reverentia & fidelitate debita observanda facient juramentum, & in decima sibi & ecclesie sue debita, de sturis exactiõibus sive obventionibus judeorum ac alijs que de curia regia cedere sibi debent intuitu archi Cancellarie predictæ, nullum eciam in hijs vel aliquo premisso- rum seu alijs suis juribus impedimentum quomodolibet faciemus per nos aut alios clam vel palam aut fieri ab aliquo vel aliquibus permittemus. Iteni dampna que felicis memorie Dominus Rex *Albertus* intulit per violentiam Ecclesie Maguntine quorum taxacionem & refusionem gracie nostre commisit, quãmvís excedant notorie summam centum milium marcarum Argenti secundum equitatem refundemus eidem ut commodius utilius ac liberius valeat imperio deservire. Item expensas quas sepeditus Dominus P. faciet ad sollempnia sive necessaria electionis & promotionis nostre sibi absque mora integraliter persolvemus. Item sine difficultate qualibet dimittemus ei theloneum apud castrum *Erenvoels*, donec de ipso à tempore creacionis nostre recipiat integraliter & complete decem milia librarum hllensium, quas prefatus Dominus Rex *Albertus* sibi dare debuit & promisit pro servicio quod fecit secum eundo in *Reyfa* ad partes Bohemie & duo milia marcarum argenti in quibus idem Dominus Rex *Albertus* sibi remanserat obligatus suasque desuper dedit litteras manifestas in quibus causa hujus debiti continetur, nec non mille marcas quas subtraxit Ecclesie Maguntine in Ungelto



gelto & judeis in *Franckenfort* in proxima vacatione ipsius ecclesie Maguntine in cuius pecunie receptione usque ad completam & perfectam ejus solutionem eum sue consciencie relinquemus. Insuper ipsi Domino Petro efficax & fidele adiutorium faciemus contra Nobilem virum Comitem de *Monteforti* dictum de sangans & suos complices qui eum per injuriam captivavit exactionavit & dampnificavit ad octo milia marcarum argenti & laborabimus cum effectu ad hoc ut emenda & satisfactio debita de Comite predicto suisque complicitibus sibi fiat. Item cavebimus & etiam defendemus eundem ne aliquis ipsum vel ecclesiam suam predictam impignoret vel molestet pro debitis à predecessoribus suis contractis aut quibuslibet causis aliis nisi prius coram suo iudice sit convictus desuper, ceterum specialiter promittimus & nos firmiter obligamus quod deponemus per nostram diligentiam & tollemus omnem indignacionem sedis Apostolice si quam forte idem Dominus Archiepiscopus propter factum electionis seu promocionis nostre jam incurrit aliquo modo aut incurret de quo ipsum & ecclesiam suam conservabimus indemnes omnino, questiones etiam seu controversias si que propter hoc fuerint sibi mote sub nostris laboribus & expensis ad finem & exitum perducemus pro ipso, Item ubi compositio inter dictum Dominum *Albertum* ac pie recordacionis Dominum *Gerbardum* quondam Archiepiscopum Maguntinum & suos ordinata non est completa, ipsam complebimus & com-



compleri totaliter faciemus, Item prohibebimus efficaciter nec aliquo modo permittemus homines Ecclesie Maguntine recipi in civitatibus opidis seu castellis ad imperium pertinentibus in Burgenfes qui Palburger vulgariter appellantur. Item de quolibet articulo premissorum omnium dabimus litteram specialem sigillo Regio consignandam quando & quociens super eo fuerimus requisiti per Dominum Archi Episcopum predictum aut Ecclesiam Maguntinam.

Preterea specialiter & expresse confirmabimus & innovabimus ipso Domino Archi Episcopo & Ecclesie Maguntine inter continentiam litterarum a Romanorum Regibus traditarum super ungelto & judeis in *Franckinfort*. Insuper intuitu dilectionis & mere liberalitatis quibus erga ipsum Dominum Archi Episcopum digne ducimur & movemur tria milia marcarum argenti pro ipso in Romana curia mox solvemus. Omnes eciam suos consanguineos & amicos defensabimus promovebimus & manutenebimus ad honorem & profectum eorum cunctis diebus vite nostre ut in hijs & alijs quibus sibi & suis volumus complacere meritorum suorum sinceritas, fidei puritas & constantia felixque sui memoria jugiter in nostris oculis habeatur. Renunciamus autem omnino exceptioni doli mali actioni in factum non numerate non tradite nec solute pecunie & generaliter & specialiter quibuslibet exceptionibus auxilijs & defensionibus etiam de quibus mencio specialis fieri deberet, quibus hec nostra



promissio & obligacio sive caucio impediri seu impugnari possit quomodolibet aut infringi. Et in omnium & singulorum premissorum certitudinem firmiorem sigillo nostro presens scriptum fecimus consignari. Aetum & Datum *Rense* Anno Domini M° CCCVIII. V°. Kalend. Novembris. In cujus visionis litterarum predictarum evidens testimonium nos Judices sancte *Maguntine* sedis predicti sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Datum *Maguntie* Anno & die predictis.

XCVIII.

CONFOEDERATIO CLERI MOGUNTINI PRO TUENTA IMMUNITATE SUA &c.

In nomine Domini Amen. Nos sancti *Albani* & sancti *Jacobi* extra muros Moguntinos monasteriorum Abbates Ordinis sancti *Benedicti* nec non sancti *Petri* sancti *Stephani* sancte *Marie* ex Campis sancte *Marie* ad Gradus sancti *Mauricij* sancti *Johannis* & sancti *Gyngolfsi* Ecclesiarum Moguntinensium Decani & Capitula. Ante mentis nostre oculos sollicite revolventes, quot & quantis molestijs invasionibus, turbacionibus extorsionibus & injustis oneribus ecclesie nostre & persone ab antiquis temporibus oppressae sunt & continue opprimuntur & quot ob hoc nostri predecessores hujusmodi vexacionibus excitati

rati unionem & confederacionem invicem inie-
 runt que ipsos & eorum ecclesias a multis tedium
 sarcinis relevabat. Que Confederacio licet
 ex negligencia in oblivionem abierit, quia tamen
 onera & vexaciones hujusmodj non cessant con-
 tinue sed augentur, ipsam unionem & confede-
 racionem matura deliberacione prehabita decre-
 vimus innovare, ut igitur nostris viribus coadu-
 natis opprimencium & inique gravancium nos &
 ecclesias nostras in suis libertatibus rebus juribus
 & honore communiter aut divisim obviare possimus
 & resistere promittimus universaliter singuli & sin-
 gulariter univarsi fide corporali prestita loco jura-
 menti In nullius prelatorum aut superiorum no-
 strorum nec cujusquam alterius injuriam irreveren-
 tiam seu juris derogacionem nec intencione aut
 animo conspirandi sed ut jura res & libertates
 personarum & ecclesiarum nostrarum in statu de-
 bito conserventur, quod si per quemquam cujus-
 cumque preminencie status condicionis seu digni-
 tatis exstiterit sive per universitatem vel colle-
 gium aliqua a nobis seu nostris ecclesijs contra
 justiciam exigatur que in nostrum vel ecclesiarum
 nostrarum conjunctim vel divisim dampnum ce-
 dant prejudicium vel gravamen vel impeticiones
 onerosae infestaciones seu molestaciones nobis inju-
 riose inferantur quod mutuis consilijs auxilijs defen-
 sionibus & necessariarum expensarum contribucio-
 nibus nobis invicem indissolubiliter & irrefragabili-
 ter assistamus, quas expensas quelibet ecclesia in con-
 tribucione hujusmodi solvet & dabit juxta suarum



rerum & facultatum debitam quantitatem statui-
 mus insuper & ordinamus sub penis infra scrip-
 tis ut si aliquod gravamen inferatur predictis
 nostris ecclesijs vel personis communiter vel di-
 visim mox a quolibet ecclesiarum predictarum
 capitulo vel meliore aut saniore parte ipsius ca-
 pituli una persona aut due ad hoc magis expe-
 dientes deputentur que persone sic deputate una
 cum predictis Dominis Abbatibus ubi eis placue-
 rit convenient ordinent discutiant & determinent
 qualiter hujusmodi gravamini obvietur prout eis
 melius videbitur expedire quarum personarum
 aut majoris partis earum ordinacioni discussioni
 seu determinacioni parebitur ab ecclesijs & ca-
 pitulis supradictis. Porro quoniam extrinsecis
 litibus resistere bono modo non possumus nisi
 plenam inter nos concordiam habeamus, firmiter
 statuimus & provide ordinamus ut si quod absit
 inter duos pluresve personas unius collegij seu
 diversorum rixa contencio sive discordia subor-
 ta fuerit nisi per prelatos eorum ad quos hoc
 pertinet pax inter eos reformata extiterit, diffi-
 nitores id est persone que super observacione
 prefencium statutorum à singulis ecclesijs electe
 fuerint per viam amicabilis compositionis taliter
 rixantes ne rancor hujusmodi extra nostram so-
 cietatem evolet, studeant complanare. Preterea
 statuimus & ordinamus ut si & quando in aliqua
 ecclesiarum nostrarum aut monasteriorum electio
 super canonicatibus personatibus dignitatibus aut
 prelaturis seu quibuslibet beneficijs ecclesiasticis
 fuerit



fuerit celebranda, in qua discordia fieri verissimiliter presumatur, prelati & seniores ac periciores aliarum ecclesiasticarum hujusmodi electionem mature & studiose preveniant ac pro toto posse suo ad concordiam informant & inducant electores. Ceterum si quis de aliquo collegiorum nostrorum rem aliquam mobilem aut immobilem ecclesie sue propria auctoritate vel potius temeritate contra voluntatem prelati & collegii sui seu majoris vel sanioris partis ejusdem occupaverit & eam competenter monitus restituere non curaverit à suo collegio & à nostra Societate ac consorcio post lapsum termini monicionis sibi facte eo ipso sit exclusus nec non à suo prelato suspensionis & excommunicationis si hoc rebellio & pertinacia ipsius exegerit sentencijs percellatur tam diu donec ad obedientiam rediens emendam presterit competentem. Idem quoque fiet de illis qui prelati suis in licitis honestis & consuetis rebelles fuerint bonum obedientie contempnendo cum turpis sit pars que suo non congruit universo. sane cum prelati subditos suos delinquentes sic cum moderamine corrigere possint & debeant ut modum non excedant, ne videlicet vindicta potius quam correccio videatur, statumus ut siquis subditorum de immoderata correccione prelati sui societati nostre querimoniam detulerit Diffinitores nostri seu persone à singulis ecclesijs ut premittitur eligende seu major & sanior pars earundem correccionem hujusmodi juxta qualitatem excessus racionabiliter moderentur.



Item statuimus ordinamus ac sub penis pre expressis firmissime volumus observari, quod si aliquis nostrum à quocumque seu quibuscumque cujuscunque preminencie condicionis aut status exstiterit vel exstiterint captus vulneratus seu verberatus vel alias injuriose affectus fuerit infra vel extra civitatem Maguntinam aut etiam si aliquis vel aliqui ecclesiam domum curiam seu emunitatem alicujus ecclesiarum nostrarum vel monasteriorum intraverit violenciam aut injuriam ibidem committendo, aut si aliquis ex nobis contra jus & consuetudinem ecclesie sue in qua beneficiatus existit curiam seu domum claustralem violenter seu propria temeritate intraverit vel occupaverit nos omnes & singuli in nostris ecclesijs & monasterijs super hoc requisiti cessabimus à divinis tam diu donec lesis seu injuriam passis satisfactum & emendatum fuerit competenter juxta arbitrium diffinitorum ab ecclesijs nostris ut premittitur electorum seu majoris partis eorundem, dum tamen talis sit casus in quo cessari possit jure permittente alioquin formam illius Canonis extra: de officio Ordinarij, si canonici libro sexto tenebimur observare. Item statuimus & ordinamus ac promittimus sub prestacione fidei corporalij quod si aliquem aut aliquos ex nobis vel forte totum capitulum alicujus ecclesiarum, nostrarum in premissis vel aliquo premissorum negligentes vel remissos aut recedentes aut recedentem contigerit inveniri, quod ille vel illi qui sic inventi fuerint negligentes vel recedentes seu



seu predictæ nostre societati sive coadunacioni adherere nolentes sive contradicentes à nostro consorcio & voce capitulari in sua ecclesia & à nostro collegio penitus sint exclusi & nichilominus si hoc eorum pertinacia mèruerit a perceptione fructuum prebendarum suarum & aliorum beneficiorum que in ipsa ecclesia optinent suspendantur tam diu donec à sua pertinacia resipiscat vel resipiscant & nobis ac ecclesijs nostris satisfaciant vel satisfaciat competenter. Item statuimus vel promittimus sub fide qua supra ad futura pericula precavenda quod si nobis personis vel ecclesijs nostris conjunctim vel divisim à quocumque aliqua gravamina contra justiciam occasione hujus nostre societatis seu coadunacionis inferatur quocumque modo nostra socialis coherencia sub penis premissis & fide prestita in sui continencia perdurabit & inconvulsa penitus permanebit, Ita quod sic gravato vel gravatis contra gravantem quemcunque omni fide & totis viribus in juris sui prosecutione fideliter assistamus & si occasione hujus nostre Societatis sive coadunacionis vel alterius cause cujuscumque ob eam suscitata aliqui vel aliquis ex nobis suspensi vel suspensus excommunicati vel excommunicatus vel aliter injustè gravati vel gravatus fuerint vel fuerit a quocumque quod nos & ecclesie nostre ipsis & ipsi assistemus totis viribus & nichilominus indempnes vel indempnem reddemus ad estimationem personarum que ad hoc fuerint deputate, ne autem in dubium possit revocari cujusmodi gravamen sit



legitimum reputandum aut cui gravato & in quo casu sit ab ecclesijs succurrendum; à qualibet ecclesia unam personam aut duas discretas ad hoc eligemus quarum nomina in litteris super hoc specialiter conficiendis exprimentur quibus mandatum speciale nec non auctoritatem & potestatem diffiniendi discutiendi & determinandi omne dubium si quod emerferit contra & circa societatem & condunacionem nostram & continenciam premissorum, quarum personarum seu majoris & sanioris partis earum diffinitioni discussione & determinacioni ab omnibus nobis & ecclesijs nostris stabitur & parebitur sine omni contradiccione sub penis que superius sunt expresse, & hec persone cum electe fuerint fide corporaliter preffita loco juramenti promittent quod in predicta diffinitione discussione seu determinacione nec ad dextram nec ad sinistram aliquam declinabunt, sed omni dolo omni amore & favore quolibet prorsus exclusis in expedicione predicti dubij omnem equitatem & justiciam observabunt & si quem piam predictarum personarum cedere vel decedere contigerit vel se diucius absentare reliqui unum in locum ipsius eligent qui fidem prestabit ut est dictum & predicta dubia sicut predictum est cum alijs declarabit ille vero qui absens fuerat postquam redierit locum suum recipiet sicut prius. Preterea laudabilem consuetudinem dudum observatam que ex negligencia in defuetudinem abiit reformamus & volumus inviolabiliter observari videlicet quod aliquo de predictis Dnis Abbatibus aut prelato vel



vel canonico cujuslibet ecclesiarum nostrarum defuncto & hoc ecclesijs intimato in primis vigilijs duo canonici de qualibet ecclesia intersint ac de mane die sequenti ipse ecclesie processionaliter ad exequias defuncti conveniant vigilijs & missas cantaturi. Insuper statuimus & ordinamus quod si inter duos Abbates predictos aut eorum alterum ex una & conventus suos seu aliquem seu aliquos de conventu ex parte altera dissensio suborta fuerit & super hoc ipsi Dni Abbates vel alter eorum ecclesijs querimoniam detulerint ecclesie & persone ipsis vel ipsi consilio & auxilio assistent prout justitia suadebit, Ceterum sub ejusdem fidei prestacione promittimus quod quociens pro nostris & ecclesiarum nostrarum negocijs ad certos locum & horam convocati fuerimus omnes & singuli venire teneamur nisi aliquem vel aliquos justo contingat impedimento detineri quod ipsorum consciencijs duximus relinquendum. Postremo statuimus & ordinamus quod unaqueque ecclesiarum nostrarum litteram habeat presentem ordinacionem seu coadunacionem continentem suo & aliarum ecclesiarum sigillis pendentibus sigillatam, que littera quolibet anno ad minus semel in capitulo fratribus capituli convocatis de verbo ad verbum legatur & recitetur ne quisquam canonicorum seu fratrum se possit propter ignoranciam excusare, cujus littere in toto vel in parte aliqua nulli extra nostram confederacionem existenti copia legendi inspiciendi aut describendi fiat cujuscunque preminencie aut



dignitatis existat, Immo nec quisquam nostrum alicui extraneo quicquam de premissis revelabit & si quis in capitulum seu collegium alicujus ecclesiarum nostrarum & nunc in antea de novo recipiendus vel jam nunc in studio aut alibi absens exstiterit postquam reversus fuerit hec audiat atque sciat & fide consimili ad observacionem premissorum specialiter obligetur. Si quis autem nostrum aut successorum nostrorum ea promittere noluerit ad sui Capituli aut nostros tractatus donec promiserit nullatenus admittatur. Quicumque vero post fidem loco juramenti prestitam premissa seu aliqua vel aliquid ex eis infregerit tamquam perjurus & fidei violator ac infamis a suo collegio & a nostra societate expellatur ne ovis unica morbida polluat totum gregem, nec profit ei si a quocumque superiore a prestacione fidei se absolvi pecierit seu obtinuerit vel infamiam aboleri. Verum quia secundum varietatem temporum statuta non indigne variantur humana potestatem omni modam premissa omnia & singula mutandi corrigendi emendandi breviandi prolongandi tollendi & alias prout expedierit de eis disponendi nobis & nostris successoribus reservamus. In quorum omnium robur & testimonium sigilla nostra Abbatum & ecclesiarum predictorum litteris presentibus sunt appensa. Datum Anno Dni M^o CCC^o XXVI^o XIII. Kal. Junij. Volumus eciam ut respectu ecclesiarum duas personas eligencium, quilibet Dnorum Abbatum pro duabus personis habeatur. Datum ut supra.





XCIX.

RACHTUNG ZWISCHEN DER BUR-
GERSCHAFT UND CLERISEY ZU
MEINTZ.

Wir *salman* Kamerer *Emmerche* Scholtheiße die
richtere die Radherrn und die Burger ge-
meinlich der stad zu *Mentze* irekennen offinlichen
und dun Kunt allen luden, daz wir Vor uns und
alle unse Helffere und Dyener passin und Leyen
geystlich und werntlich mit dem Erwürdigen in
Gode Vater und Herren Herrn *Baldewin* Ertzbi-
schoffe zu *Tryere* und mit den erwern Herrn dem ..
Dumprobeste .. dem Dechan und den .. Dum-
herrn zum Dume zu *Mentze*, und mit allen yrn
helfern und Dyenern passin und Leyen geistlich
und werntlich die an yn bliben sint, gantzlichen
und gar gesetzt, und gesunet sie umb alle cryege
myshellunge und offleuse die zuschen yn und uns
gewesen sint, of beyde syten bit of dyesen hutig-
gen Dag, als hienach geschriben sted, zum ir-
sten so sin wir myt eynander also gesunet und ge-
setzet, daz die Vorgenanten Dumherrn zu *Mentze*,
und alle passheit und andere die an engewesen
sint mogent widder yekomen zu *Mentze* wan sie
wollent, und sollent die in allen den rechten frey-
heit, und Bescheidenheit sitzen als sie daden vor
diesem Kryge, vorbaz alle geystlich gerichtē und
allerhande bān sollent abe sin und en sollent auch
nicht geschehen in der stad zu *Mentze*, noch
uffwendig der stad in der stede Burcfriden biz
daz ein eyntrechtig, Erzbischoff zu *Mentze* wirt,
auch



auch ist beret, daz die Kanonicken und paffin der stiffe zu sende peder zu sende stephan zu sende victore zu unser frauwen zum Greden zu sante Johanne zum heiligen Crutze *) zu sante Mauricien, und zu sende Gangolffe sie viteren sich oder Niteren sich nicht, sie singen oder singen nicht, sie sin geinwortig oder nyt, Ir prunden und ir prefencien sollent, of yglichem stiffe myt ein ander glich deylen als iz herckomen ist die wyle dye zweunge wert, aber ist beret, daz alle paffin die geistliche gabe in der stad zu Mentze oder da by in den stiften oder Kirchen hant, die an dem vorgenanten Ertzbischoffe von Tryere und an dem Capittel zu Mentze gewisen sint, und auch alle paffin die by uns in der stad zu Mentze biz her hant gefessen sollent in alle ir geistliche gabe und gut widder in gefatzt werden, und darynne verliben sitzinde geruwelich als sie taden vor dem Kryge, aber so sollen wir schraffin und begaten, daz alle Burgers sone zu Mentze die zu dem Dume hant impetreret zu Mentze dauon sollent lassen alzuhant, ane Verzog und ane geuerde. woldent aber sie nicht abelaszen so sollen wir alsoliche Burger sone die da impetreret hant, und

*) Joannis Tom. 2. pag. 629. et Tom. 3. pag. 407. refert quod Ecclesia B. M. Virginis in Campis a tempore violata Crucis ad eandem ecclesiam e campis translata, deinceps nuncupata fuerit, *ad S. Crucem*, scilicet circ. annum MCCC. LXXXII. aliud autem e nostro diplomate anno MCCC. XXXII. dato evincitur.



und were daz von der selben Burgers sone wegen worbe uz der stad zu Mentze Vervorsen und en sollen sich mit der stad noch mit Keynem Burger der ie der stad wannen will nicht behelfen, als lange biz daz sie gentzlich alle lassen, were aber keyn unser Burger der keynen paffin beholffen were, zu dieße dingen, den oder die sollen wir uz der stad Verwiesen. wo wir des gewar werden, und wir die Vorgenante die ytzunt hant, die werntliche ampte in der stad zu Mentze sollen an den ampten verlieben, unser lebetage worde aber der ampte Keynez ledig, so sollent . . Dumprobst der . . Dechan und daz . . Capittel von dem Dume zu Mentz daz ampt lyhen und geben und sal man iz von en entfahen und von anders nyemanne als lange biz ein eintrechtig Ertzbischoff zu Mentze wirt, auch sollen wir den pontzel in der stad zu Mentze off heben, . die wile der Ertzbischoff von Tryere daz Bistum zu Mentze ynne hat, und des ein pleger ist, und alle unser gut daz unter dem stifte von Mentze liget, sal bedefri sin als iz von alder ist gewesen, und wir herbracht haben, und als unse Bryfe sprechent, die wir haben von Ertzbischohen, und von dem gemeynen Capittel zu Mentze, darwidder sal allez unser gut an des selben Ertzbischohes von tryere und an des stiftes von Mentze zollen als andere Kaufstute gut zollen mit alsolichen undercheiden, were iz daz ein eintrechtig Erzbischoff qweme zu Mentze wolde der, und daz gemeyne Capittel von dem Dume zu Mentze uns daz bestedigen
umb



umb den pontzol so sal iz ein ewig Ding sin geschehe des nicht, so sollen wir by unser freyheit, Verleben, als von den zollen als unser Bryfe sagent, und sal der pontzol widder an den stift zu Mentze fallen, als er. e wafs Ez ist auch gered waz unsers guts in des Bistdums zu Mentze gerichteten erclaget ist in dyesem cryge daz sal der Vorgenante Ertzbischoff von Tryere abe dun und ledig machen und sal man uns und alle die gene die an uns Verleben sint, unverzogenlich widder ynsetzen yn alle unser Gut gerucklichen ane alle geuerden daz selbe sollen wir dun daz wir aller der gener gut die an dem vorgeanten Ertzbischove von Tryere und an den - Dumherren zu Mentze gewesen sint, da wir und gene die an uns sin gewesen off urclaget hant, in dem Cryge abedun, und ledig machen. und sollen sie da gerucklichen widder yn setzen auch ane geuerde. Auch ist beret daz der vorgeante Ertzbischoff zu Triere der stift zu Mentze den er ynne hat die Dumherren und daz Capittel zu Mentze die passheit und alle die die an eme und dem Capittel zu Mentze bliben sint passin und leyen geystlich oder werntlich und auch wir und alle die die an uns Verleben sint, passen und leyen geystlich und werntlich an yren fryheyden und rechten bliben sollent of beyde syten und enfal Kein den andern darane hindern oder yrren mit beheltnisse dyesir dinge die in diesem Bryfe begriffen und besigelt sin, auch ist mit namen beret, were iz daz yeman er si passe oder leye, der an dem



ventus monasterij S. *Jacobi* extra muros Magunt: nec non Decani & Capitula ecclesiarum sanctorum *Petri stephani Victoris beate Marie in campis beate Marie ad gradus Jobannis Mauritij & Gingolffi* ecclesiarum intra & extra muros civitatis Magunt: certam fecerunt protestationem cujus tenor sequitur & est talis - Licet omnis anima superioribus potestatibus &c. &c. *reliqua vide supra usque ad verba: emendandi & corrigendi in juris forma meliori. dein sequitur: Verum Beatissime Pater* sunt nonnulli ut creditur etiam nulla juris speciali auctoritate suffulti, qui asserunt & dicunt, quod pro libito voluntatis eorum possint ecclesijs collegiatis civitatis; & diocesis Magunt: & clericis in eisdem degentibus quaeque onera imponere, allegantes sibi ex quadam superioritate suae magnificentiae hoc competere non attendentes quod libertatem quam sibi ipsis tam majores conservare desiderant, minoribus etiam suis bona voluntate conservare deberent & ut verisimiliter creditur, non quae Jesu Christi sed quae sua sunt in hoc facto potius querentes, attamen propter hujusmodi impositiones temporibus retro actis factas Conventuales Canonici & Capitula monasterij et ecclesiarum predictarum tot tantis & diversis oneribus ac debitis sunt gravati quod de cetero nisi celeriter per S. V. occurratur eisdem, divinus cultus in ipsorum monasterijs & ecclesijs diminuetur, status ecclesiasticus confundetur, & quod deterius est, bona quae pro salute animarum & remedio peccatorum sunt



sunt collata, contra voluntatem conferentium ad alienos alienabuntur usus, quodque propter huiusmodi etiam impositiones fideles retrahuntur porrigere manus in sublevamen onerum & debitorum monasteriorum & ecclesiarum predictorum, Cum igitur premissa sunt res mali exempli & contra statuta, concilia & ordinationes predictas, supplicant S. V. quatenus eis certa premissa pio compatiens affectu declarare dignetur, ut de cetero nulli cujuscumque condicionis, status, gradus aut preeminentie existant etiam si Episcopali, regali aut alia qualibet prefulgeant dignitate dictis Abbati Decanis & Capitulis monasterij ecclesiarum predictarum possint aut valeant contra & ultra concilia statuta & ordinationes predictas subsidia procuraciones seu exactiones quecumque seu quascumque imponere vel exigere & similiter declarare & decernere processus quoscunque quascunque censuras in se continentes occasione premissorum etiam fulminandos nullos fore nisi ex adverso legitime constiterit alicui vel aliquibus premissa facere posse titulo etiam aliquo generali vel speciali, in contrarium facientes, non obstantibus quibuscumque &c.





CVII.

**UNIO CLERI MOGUNTINI PRIMARI
ET SECUNDARI RATIONE DUCILLI.**

Wir peter Echter Dechan und Capitel des Dumes zu Mentze, Anshelm Apt und Convent des Closters zu sant Jacob, Bertholt Dechan zu sant Peter, Gothart Stummel Dechan zu sant stephan Wilhelm von Benssheim Dechan zu sant Viktor, Johannes Heydelbach Dechan zu unser lieben frauwen in dem feldt, das man nennet zum heiligen Krutz, Hermann Rost Dechan zu unser lieben frauwen an den Greden, Conrard Hoppener Dechan zu sant Mauricien, das capitel zu sant Johann, Johannes von Cassel Dechan zu sant Gangolff, Wernher von Belderssheim schulmeister zu sant Alban und die Capitel gemeinlich inwendig und uffwendig Mentze der obgenanten stiffe Kirchin und closters bekennen das wir in unßern Capitlen und gemeiner samenunge under uns gruntlich gewigen eigentlich bedracht und merklich besonnen haben das solich unczemlich gebodt, uffhalt befließen und beschwernisse so die burgermeistern Radt, zünffte und burgere der stat Mentze nulich in dießem Jare an uns begangen und gethan hant und auch nemlich das nymants ir burgere oder ufflude wie zu dem Zappen holn oder trinken sollen dann mit der nuen maß und das mit schweren penen gefengnisse und bedrenknisse geweret han und weren das nymants zu uns der alten maß

win



win hofe und auch merklich understeen uns unfser
stifte closter Kirchin und personen in unseren
gütern, gülden, eigenthum, friheit herlichkeit
rechten und gewonheiden fwerlichin und manig-
faltiklichin zu verkirtzen vorbehalten, zuletzen
die niederzudruken, zu krenken und zu mynne-
ren widder recht phevlich friheit, besess, alt
herkommen sin Sigille Birese und rachtunge zwo-
schin in Irn vorfarn und uns und unsern Vor-
farn begriffen gleuplich verschriben und mit ire
stede und auch andern fürsten Greven herren
unde stede Ingesiegel in guden truwen versiegelt
und widder andern heftliche vorschribunge das
uns unsern stifften Closter Kirchin und personen
zu grossen verderplich schaden kommen ist und
noch zu grosserm schaden kommen mochte, wo
wir uns in der zit nit darwidder stelten und
understunden uns des ufzuhalten, des wir doch
von godt plichtig sin billich darum zu lyden,
dan das wir unfr recht phevlich friheit und her-
kommen an widderstant also lieffen niterdruken;
und want nu eyn iklich macht By ein und in ey-
nikeit versammet krefftiger und mechtiger ist,
dan ab sie verstrauet und nit by ein in einikeit
verstrikt und versammet were, darumb und uff
das wir und unser nachkommen unser closter
unser stifte und Kirchin friheit recht herkommen
und gewonheit desta volliklicher gehant haben
und solichin beswernisse intrag und verkurtzunge
desda bas und bequemlicher widdersteen und
uns auch darinne desda eindrechtikliger gehalten



mogen, so haben wir dem Allmechtigen Gode, seiner liben muter Marien und nemlich unsern patronen und andern allen godes heiligen zu lobe und zu eren und nymants kein unrecht zu thun, sunder allein uns unrechts, gewalt, verkurtzung und intrages mit recht zu erwerben und uffzuhalten uns vor uns und unser nachkommen mit wol bedrachtem mude rechter wissen und eindrechtlichin zu einander verstricket verbunden und vereyniget in der mase als hernach geschriben steet. Zum ersten das wir umb unser friheit, recht, herkommen und gewonheit zu behalden den obgenannten burgermeistern Rath zünfften und burgern der state Mentze und solichen jren unzemlichen verboden vorbealdunge unser gulde und zinsse andern beswernisse und verkurtzung zu widerstehen getrulich festeklich und unverseidlich bieinander bliben und uns in aller der wyse, mase und wege als wir mit rechte mogen darwiderstellen unde setzen, und deme mit rechte oder redelichem gelympe, als uns das geboret widerstehen sollen und wollen nach aller unser bester vermogen, und sollen und wollen das dun uff unser gemeyn koste, darzu iklicher unser stifte clostir und Kirchin nach marzal und gebornisse gebin und bezaln sal als wir das bissher in unsern Gemeyn sachen gethan haben. und want nu solich friheit und herkommen auch alle prelaturen und officia in und uffwendig Mentze darinne gehorig andrefft, darumb so haben wir alle die in dieser union begriffen sin und die

die prelaturen und officia habin uns zu differ zyt darinne ergeben das wir von unsern prelaturen und officia gebin wollen nach gebornisse und marzal deductis expensis, doch mit beheltnisse ielichs friheit und herkommen, und uff das solich eindrechtig verbuntnisse desda williklicher und bequemlicher in allen sachen und noitdorftigen gelegenheiten gehandelt und an sumenisse uffgericht werde das doch durch uns alle in solicher menyge nit balde zu zubringen oder zu besliesen ist, so sollen wir Dechan und Capitel zum Dume zu Mentze vier personen uff unserm Capiteln und wir Anselm Apt und convent zu sant Jacob und wir die Dechand und Capitel der andern vorgenanten stiftu jwendig und uffwendig Mentze funff persone uff unserm convent und capiteln Kiesen binnen fiertzen dagen den nehsten die sich des also zum mysten ein Jar annemen sollen und dieselben nunn personen sollen uns zu hanthaben unser phevlich friheit recht schyrm und herkommen und den von Mentze in obgeschribenen sachen zu widder steen als vorgeschriben steet getrulich zu haushalten, und wan in des noit ist, so solln der oberste prelate oder canonike under in nach wirdikeit der stifte die andern zu hauf verboden und ob der sumig were, so sal und mag das der andere einer macht haben, des sie dann auch gefolig sin sollen sich zu hauf zu fugen und zu raidtslahen was noitdorftig ist in den sachen, wie auch dyselben nun oder zum mynsten sibben undir In erkennen uff



ire eyde das die sachen mit den von Mentze mit rechte oder redelichem gelympe sy anzuheben und zu verfolgen, des sollen wir alle gefolig sin und darzu helfen getrulich und sal darober unser keiner oder mer eincherley sache oder Kriege mit den von Mentze disse sache antreffende anheben an unser aller oder der Nunn gekorn personen oder siebben under In raidt willen und wyssen; Wolten auch die von Mentze solich ire unczemeliche gebode und beswernisse yn beharten und nit abethun oder nit abetheden und uns auch keinen genünglichen wandel und versicherung thun von beswernisse wegen so sie uns gethan haben uns der fürter mer zu erlassen nach erkenntnisse der vorgeschribenen Nune oder siebben under In hin czwoschen und bynnen einem mandt nach phingistin schirfte kommende, so sollen alle phafheit von den stiften und alle die in disser union begriffen sin zu ussigeende solichs mandes uff Mentze und von iren stiften und closter gezogen sin an allen Intrag, und widderrede; duchte aber die nune oder sieben under in das es en noit were, so solten sie die phafheit erheiffen ussziehen und das doch zu fierzen dagen zu voret sagen und verkundigen des usszuges wir alle und unser iclicher gehorsam sin sollen, also das wir alle und unser iclicher an einche entschuldigunge es beneme Ime danen ehastige sache oder kuntliche lybes noit uff und von der stadt stiften und closter sollen faren kommen und ziehen und nit widder darinne kommen zu wonen,
die



die von Mentze haben dann soliche verbodt und besuernisse abgethan, inmassen als vorgeschriben steet, in solicher fune und rachtunge wir vorfor- gen sollen ob ymandts under uns in besunder un- gunst oder verdechnisse dyser sachen halb queme kommen wern oder kommen wurde; und wer es auch das uns unßern stifften closter oder Kir- chen oder sunderlichen personen gemeinlich oder besunder von den vorgenanten sachen wegen ei- nige leydigunge schade oder besuernisse wid- der recht in eynche wyse geschen nach erkennt- nisse der nune oder siebben undir In in rechte, so sollen wir alle gemeinlich und sin schuldig den- selben stifften Closter Kirchen und personen zu irem rechten fißlichen und getrulich beyzusteen und ir sache oder sachen mit raidt und hülffe und unser gemeyn Kost und arbeit mit rechte erwe- ren helfen arbeiten und hanthaben also und in der massen wafs unrechtes smachheit oder scha- den einer oder men stifte closter oder Kirchin oder geistlichin personen von solichen sache we- gen geschicht geschn oder wurde gethan, dasselbe sal uns allen und unßern stifften closter und Kir- chin und der vorgenanten phaffheit in der gemein- de und unser iclichem besunder gescheen und ge- than sin auch nach erkenntnisse der Nune oder siebben undir In und also ferre als sin des an den Nunen oder siebben bliben wollen zum rechten In vorgeschribener masse und enmogen oder enfol- gen dieselben oder derselbe den oder deme, solich unrecht schade oder smacheit gescheen weren an uns



gemeynlich nach wir an sin eynche sunne vierzig
 oder besserunge kurtz oder lang czytlichen oder
 ewecklichin darumb nemen von In, mit yn dun
 oder zugeen lassen, In oder Ime sy dann solich
 unrecht smacheit und schade nach erkenntnisse
 der nune personen oder siebben under In gantzlich
 gebessert und gekeret. Es sal sich auch unser
 stifte oder closter oder Dhome unser personen
 er sy prelate oder anders an die andern sich in
 dissen sachen nit abefunen oder eynche vorwort
 odir rachtunge uffnemen dann wir sollen des
 semplich bieinander getrulich bliben angeverde
 by den penen und verbuntnisse als hernach ge-
 schriben steet und uff das wir desda eindrechtik-
 licher und desda bass unsern vorgeschribenen wid-
 dersachen widdersteen mogen, so sollen die egege-
 nante Nune personen getrulich und flisslichen arbei-
 ten ob eincherley Kriege oder czweitracht weren
 oder sich entstunden czwoschen etlichen stiften oder
 personen einem oder mee das sie soliche Kriege
 und czweitracht gutlich vereinigen nach Ihrem
 vermogen anegeverde also das soliche sache uff
 unsre eynyngunge und gesellschaft mit kommen
 endorffn, Weris auch das sich die sachen also
 mechten, das die nunn personen oder siebben un-
 der In duchte das man billich der sang verstanden
 oder nyderlegen solte und das mit recht dun
 moge, Worin sie das also erckenten, so sollen
 wir von allen unsern stiften und clostern In dar-
 zu gehorsam sin, Es mag auch nach der uffart
 ein iklich stift sin capitel bestellen wie er wil
 nach



nach dem besten und ziehen war er wil und mit iren pfründen und gulten leben wie yn dann bequemlich ist und auch alßdann kiesen einen oder czwen personen under In die in der stadt Mentze closter und stifften mogen bliben Ire heylthum und czirunge zu bewaren und andere ire sachen als yn dann noit ist uffzurichten; und wann die egenante Nune oder siebben undir yn beyde inwendig und uffwendig der stat ob wir uns daruff geぞogen hetten dunket noit sin uns zu hauff zu heischen und an ein bequemlich stat thun zu besamen und unßer obgenante sache und was darinne noit were zu reden und raitßlagen noch deme es danne gelegen were, so sollen wir oder welche also geheischen werden zu irem gebodt an alle widderrede kommen als ferrn sie mogen, es beneme yn dann redeliche sache oder ehaftige noit; Wer aber nit queme so sollen die anderen die darquemen macht haben zu beslieffen mit den Nunen uff die zyt in sachen darumb sie dann geheischen weren und wes man dann also uberkommet das sal man dann also angriffen und dem nach geen, Wurden aber wir nit eyns was dann die Nune personen oder siebben undir yn uff ire eyde erkennen und heiffen deme sollen wir abir semplich und besunder an widderstandt volgen und wolten auch die nune personen von unßer einichen oder mee oder auch anderswo rades leben in den sachen, das mogen sie thun als dike des noit ist und an welchem undir uns sie also rades in den vorgeschribenen sachen gesinenen, der sal auch



auch uff sinen eyd darzu getrulich raden mit dem munde oder In schriftten an geverde. Die Nune personen sollen auch nymants zu liebe oder zu leyde anders raden erkennen oder dun dann billich und bequemlich ist nach gelegenheit nach allen iren besten verstentnisse und synen und sollen auch dann geloben und sweren an alle argeliste und geverde das also zu halden und zu thun und werls das derselben personen einer oder mee von dodes wegen abgingen oder von Krankheit wegen daby nit sin mochte oder umb andere redelich sache sich an andere stede fugen muste, so sollen wir an des oder der abgangen Kranker und nit Inheymlicher stede andere küssen die das jar sollen uff oder also lang solich Krankheit und abwesen wert des auch also warten und darinne thun und auch darubir in vorgeschribener masse geloben und sweren an geverde. Dieselbe Nune personen und als dike die gekoren werden sollen nit mee dann ein jar darzu verbonden sin, dieselben Nunne personen uff das sie solichen sachen desda bass gewarten mogen sollen wir bedenken und uffrichten von unserem gemeinen gude als andern unsir gemeynschafft, Es sollen auch dieselbe Nune personen bieinander zu Bingen und zu Rüdtsheim wonen das jahr uff und einen mant vor uffgang des jares eine gemeine convocationen der stifte und Closter zusamene verboden an geverde; die stifter und closter in derselben convocationen sollen auch alsdann in vorgeschribener masse Nune andere personen an der stad



stadt die gewest sin vor usfgang des jars widder
kisen, die sollen auch daruber globen und swe-
ren und das halten in aller masse als vorgeschriben
steet. Were es aber das sie alle oder einer oder
mee von unßern bede wegen daby bliben wol-
ten, das mochten sie dun. Wir obgenante Ca-
pitel und convent enßolln noch enwollen dhenen
Unßern concanoniken und Convents brüdern die
wir itzundt uff unßern stifften und closter han und
nit zu Capitel sin oder die hernachmals uff unser
stifte und Closter kommen, zu capitel nemen, so
lange diese union weret, es sy dan das sie so-
liche union auch gereden und globen zu halten
in aller masse als wir gethan han und weren
auch etliche unser Prelaten und Capitel brüdern
in unßern Capiteln stifte oder Closter gehorig
die itzunt inheimisch weren oder auch die nit in-
heimisch weren oder hernachmals uff unser stifte
und closter quemen, die solich unser union nit
globt und gefworen hetten, oder sweren wolten,
die solten wir uff iklichem stifte und closter da
sie dann hyne gehorig weren, ermannen disse
unsre union also zu globen und zu sweren, und
welcher dann das nit dun wolte den oder die
solten wir furter mer In dhem unser Capitell
oder gespreche lassen, oder mit unser friheit ver-
dedingen und die von allen gevellen und rhentem
Iren prelaturen und pfründen suspendiren und die
hinderhalten als ferrn wir mit rechte mogen der
oder die heiten dann solich union auch globt unde
gefworen und wandel gethan nach erkentnisse der
sieb-



ben in vorgeschribener maffe, were auch einicher der sich darwider setzen wolte und einche unfer stiftte und Closter oder personen darumb anlangen oder ansprechen wurde wie das gesin mochte deme stiftt Closter und persone die dann also angesprochen wurden, sollen und wollen wir mit raidt hulffe und sturn bystendig sin zu irem rechten in aller maffe und wie vorgeschriben steet an geverde, und want nach gelegenheit der zyt nit unmogelich ist soliche ordenunge zu zyten zu bessern oder zu veranderen, herumbn behalten wir uns unfern nachkommen unde stifter moge und macht alle vorgeschribne sachen zu bessern, zu wandeln zu kurtzen zu lengen zu zyten andere personen zu Kisen und die zu veranderen als dike uns bedunket des noit und bequemlich sin uffgescheiden alle geverde und argelift. Auch sollen die Deputaten keine rachtunge oder sunne mit den von Mentz angeen oder uffnehmen, an hinter frage und beliefsunge der stiftte in disser union begriffen und nachdeme soliche vogenante friheit unfern herrn Dumprobst andern probstn Clostern pherner Vicarien altaristen und beneficiaten inwendig und uffwendig der muren zu Mentz geistlich und werntlich die sich doch in soliche sachen mit uns nit verbunden han auch angeen; Und herumbe wollen dieselben sich solicher unfer friheit gebruchen und mit darinne in allen sachen ansteen und disse union globen und sweren, so sollen wir oder die Nune sie auch in disse unfer union nemen und in friheit glich uns selbs versorgen an alle geverde, disse

vor-



vorgeschribene unsrer union und verbuntnisse mit allen iren begriffen puncthen unde artiklen haben Peter Dechan und Capitel zum Dume und wir Anshelm Apt und conventsbruder zu sant Jacob und wir Dechene schulmeister und Capiteln der stifter sant peter zu sant Stephan zu sant Viktor zu unsrer frawen uf dem felde das man nennet zum heiligen Krutze zu unsrer frawen zu den Greden zu sant Mauricien zu sant Johann zu sant Gangolff und zu sant Albann Inwendig und uffwendig Mentze darumbe in unsern capiteln versammet und geheischen vor uns unser stifte und closter in guten trawen an eydes stadt geredt und globt, gereden und globen auch in krafft disses brifes tzeihen gantz Jar nach Datum disser unsrer union in obgeschribener maise stede feste und unverbrachlich zu halten, darby zu bliben und da widder nit zu thun semplich oder besunder nach schaffen gethan werden und uns dawidder nit zu behelffen mit gerichtten geistlich oder werntlich noch mit worten oder werken heimlich oder offentlich wie man das erdenken mag uffgescheiden alle geverde und argelist, und geschehe es des got nit enwolle das einche persone oder mee uff unsern stifften Closter. oder einche andere vorgeante persone die wir wie vorgeschriben steet in disse unsrer union nemen wurden widder disse unsrer union oder Verbuntnisse oder einichen phunkt oder artikel dede oder deden, wann die dann von den Nunen personen oder siebben undir In ermanet wurden dise auch ermanen sollen und das nit unver-



verczogelich abetheden und befferten, dieselben sollen alsdann nach erkenntnisse der obgenanten Nune oder siebben undir In uff unsern union und verbündnisse und auch uff unsern Capiteln und gesellschafft verworffen und verywset sin und auch darzu entwyset aller gulthe renthe und gefelle die zu iren digniteten pfründen und lehen inwendig und usswendig Mentze gehorent und der enberen also lange bis das solichs gebessert und gekeret ist noch erkenntnisse der nune personen oder siebben undir In, und sollen auch soliche gulthe renthe und gefelle derselben brüchlichen personen gevallen an der gemeinen phaffheit nutz und schirm disser sache an alle widder laifs, unde des zu orkunde und fester stedikeit haben wir peter Dechann und capitel zum Dume, Anshelm Apt und Convent zu sant Jacob und wir Dechene schulmeister und capiteln zu sant peter zu sant stephan zu sant Viktor, zu unser lieben frauwen uff dem felde das man nennet zum heiligen Crutze, zu unser lieben frauwen zu den Greden, zu sant Mauritiën, zu sant Johann zu sant Gangolff und zu sant Albaan obgenant Inwendig und usswendig der stadt Mentze vor uns und unser nachkommen unser Capiteln Apts und Convents Ingesiegel wissklichin an dießen briff thun henken. Datum Pingwie die sabbati Decima octava mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo tertio.





CVIII.

COMMISSORIUM A CONCILIO BASI-
LEENSI DATUM GUILLERMO ARCHIDIA-
CONO METENSI IN CAUSA CLERI MOGUN-
TINI CONTRA CONSULES ET CIVES IBI-
DEM PUNCTO VARIORUM GRAVA-
MINUM ET PROCESSUS DESU-
PER INSECUTUS.

Guillermus Hugonis legum Doctor Archidia-
conus Metensis sacro sancte Generalis Basi-
liensis synodi causarum ac cause & partibus infra-
scriptis ab eadem synodo iudex & commissarius
specialiter deputatus universis & singulis Domi-
nis Abbatibus prioribus Prepositis Decanis Ar-
chidiaconi Scolasticis cantoribus Custodibus The-
saurarijs sacristis succentoribus tam cathedralium
quam collegiatarum Canonicis parochialiumque
ecclesiarum Rectoribus & locatenentibus eorun-
dem, plebanis viceplebanis capellanis curatis &
non curatis vicarijs perpetuis altaristis ceterisque
presbiteris clericis notarijs & tabellionibus pub-
licis quibuscumque per civitatem & diocesim Ma-
guntinam ac alias ubilibet constitutis & eorum
cuilibet in solidum ad quem vel ad quos presen-
tes nostre littere pervenerint salutem in Domino
& mandatis nostris huiusmodi ymo verius dicte
sacre synodi firmiter obedire, Noveritis quod nu-
per synodus ipsa quandam commissionis sive sup-
plicacionis cedula nobis per certum ejus cur-
sorem presentari fecit quam reverenter ut decuit



recepimus hujusmodi sub tenore, Dignetur R. P. V. causam & causas quam & quas devoti Vestri Johannes Flache Custos Petrus de Udenheim scolasticus Theodoricus Schencke de Erpach Cantor Everhardus Schencke Camerarius Johannes de Lewenstein Theodericus Knebel Henricus Griffenkla Conradus Ruwe senior Marquardus de Prunheim Rabanus de Lewenstein Henricus Sconenberg Conradus Ruwe junior Canonici Capitulares ecclesie Majoris Maguntine, Ludovicus de Itstein Scolasticus Henricus Hesse cantor Dudo de Ingstat & Johannes Stalberg sancti Petri, Gothardus Stummel Decanus Johannes Sprendelingen Cantor Conradus zum Rosse Custos Frido Zerlade sancti Stephani Wilhelmus de Bensheim Decanus Jacobus Genesfleisch Ludovicus Erenfels Johannes Messel Hertmannus Meiden Johannes Liebman Johannes Crutzenach sancti Victoris, Wentzo Hexsheim Cantor Johannes Buseman beate Marie in Campis Hermannus Rost Decanus Hermannus Bensheim Jacobus Struhuser Johannes Scutzeberg Henricus pullifex Bruno de Itstein Conradus Itstein beate Marie ad gradus Conradus Eltfil Petrus Ruff Johannes Wertheim Conradus Wunneck sancti Mauricij Reinhardus Johannes Wide Johannes Rodichen sancti Johannis, Johannes de Cassel Decanus Paulus Phyl sancti Gangulfi Hertmannus Bidenfelt Decanus Johannes de Beldersheim Scolasticus Petrus Schrath Cantor Johannes de Prunheim Senior & Johannes Beldersheim prelati & canonici capitulares intra & extra muros civitatis



tis Maguntine secundariorum ecclesiarum capitula facientes & representantes conjunctim & divisim movent seu movere volunt & intendunt contra & adversus Magistros civium Rectores consules Consulatam Presidentes ceterosque officiorum sive societatum dicte civitatis Gubernatores vulgari- ter Tzunffmeister ac eorundem officiorum & so- cietatum consortes totamque ejusdem civitatis uni- versitatem & utriusque sexus incolas & inhabita- tores etiam conjunctim & divisim omnesque alios & singulos sua communiter vel divisim interesse putantes de & super nonnullis dampnis injurijs spolijs captivationibus ecclesiarum libertatum fra- ctionibus libertatum privilegiorum & consuetu- dinum interruptionibus sacrilegis dampnis expen- sis & interesse ac Gabellarum impositionibus & alijs in hujusmodi causa deducendis & eorum oc- casione alicui ex prelati in dicto Concilio resi- dentibus committere audiendam cognoscendam de- cidendam & sine debito terminandam cum omni- bus & singulis suis emergentibus incidentibus de- pendentibus & connexis & cum potestate citandi dictos magistros civium rectores consules consu- latam presidentes gubernatores consortes univer- sitatem incolas & inhabitatores ac alios predictos in loco dicti concilij extra & ad partes etiam per edictum publicum cum ad ipsos pro hujusmodi citacionis executione tutus non pateat accessus to- ciens quociens opus erit non obstante quod causa seu cause hujusmodi non sint ad dictum concilium



legitime devolute neque in eodem de juris necessitate tractande seu eciam finiende, In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus litera superiori littere ipsius cedule penitus & omnino dissimili & diversa hec verba videlicet, **Audiat Archidiaconus Metensis** citet ut petitur etiam per edictum & iusticiam faciat, Cujus quidem commissionis pre-textu per nos & coram nobis in causa & causis hujusmodi ad dictam sacram sinodum devolutis & coram nobis legitime introductis inter partes in commissione ipsa descriptas seu verius earum legitimos procuratores aliquali continuam processu subsequenter sinodus prefata quandam aliam commissionis sive supplicationis cedulam nobis per certum ejus cursores presentari fecit quam etiam reverenter ut decuit recepimus tenorem qui sequitur continentem, Exponitur R. P. V. pro parte humilium devotorum vestrorum Capituli & cleri Maguntinensis ac personarum earundem communiter & divisim quod licet capitulum clerus & persone prefate à tanto tempore cujus inicij non est in hominum memoria fuerint in pacifica possessione vel quasi juris privilegij & libertatis bladum vinum & frumentum aliosque redditus & proventus ex beneficijs suis undecumque convenientibus ad civitatem Maguntinam ducendi & vehendi inibi reponendi nec non ad grossum & minutum vendendi ac rursus educendi libere absque alicujus datij pedattij guidagij Angarij perangarij fundinavis vectigalis aut alterius cujus-


cunque



cunque oneris impositione vel exactione ipsisque privilegijs juribus & libertatibus per producta tempora & ad tempus infra dicendum perusi sint prout de jure communi & consuetudine ac privilegio uti poterant & debuerant, nuper tamen videlicet de anno Dni Millesimo quadringentesimo tricesimo secundo de mense Decembris magistratus populi Maguntinensis tam regentes quam plebeji contra libertates hujusmodi inter cetera statuerunt edixerunt seu preceperunt ne quisquam inhabitator Maguntinus vel ejus peregrinus à quocunque clerico beneficiato Maguntinensi vinum ad minutum vendenti emere quoquo modo presumat certis penis adjectis & pro conservatione statuti memorati ementibus vasa ruperunt nonnullos verberibus affecerunt & carceri manciparunt deinde quendam presbiterum equo insidentem ad magistratus ipsos pro parte cleri super premissis destinatum ab equo violenter detraxerunt ac per vicos civitatis Magunt: palam velut latronem usque ad domum scolastici Maguntinensis, quibus sacrilegijs non contenti portas civitatis Maguntine clauserunt ac ipsum clerum sub captivitate per novem dies vel circa continuos eum sua familia detinuerunt laicis quidem personis introitum & exitum urbis concedendo presbiteris autem & clericis ac eorum familie denegando quosdam insuper clericos clam elapsos retrahendo aliasque quam plurimas violencias inferendo & sacrilegia committendo propter que clerus predictus, juxta formam juris communis & consue-



tudinis ecclesie Maguntine cessavit a divinis super
 quibus R. P. V. venerabilem Dnum Archidiaconum
 metensem in hoc sacro concilio judicem deputarunt
 à quo ad instanciam ipsius cleri citatio decreta
 & executata est. Postea pro parte eorundem ci-
 vium R. P. V. false suggesto qualiter clerus ipse
 in civitate Maguntina strictissimum servaret inter-
 dictum ac mortuis sepulturam & parvulis bap-
 tisma denegaret R. P. V. eidem Dno Archidiacono
 dederat in mandatis, quatenus super narratis hu-
 jusmodi summaria informacione prehabita item
 recepta insuper caucione à civibus antedictis de
 juri parendo preciperet clero quatenus divina re-
 sumeret, cujus quidem commissionis vigore ad
 aliquos actus judiciales quos habere dignemini
 pro sufficienter expressis coram prefato Domino
 Archidiacono processum est & hujusmodi processu
 pendente vetuerunt vinum bladum & res alias
 clericorum ad civitatem Maguntinam adduci nisi
 quis ad victum suum & familie sue duntaxat uti
 vel ipsi communitati vendere vellet. Verum R.
 Pater quoniam offensa violencia & sacrilegium
 predicta sunt adeo notoria tam voce preconia
 quam publica vetacione injurijs & invasione tali-
 ter patefacta quod non possint ulla tergiversacione
 celari de quibus omnibus in dicta commissione
 condependente pro parte civium à R. P. V. ob-
 tenta reticatum est dignetur R. P. V. eidem
 Dno Archidiacono committere & mandare quate-
 nus rejecta commissione predicta si per informa-
 cionem summariam simpliciter & de plano sine
 stre-



strepitu & figura iudicij premiffa vera esse reperit prefatos magistratus & alias personas in premiffis culpabiles in processu cause designandas nominatim excommunicacionis ac ipsam communiatem interdicti aliasque sentencias penas & censuras à sacris canonibus & legalibus sanctionibus promulgatas incidisse declaret statuta quoque prefata casset irritet & annullet ac irrita & nulla esse pronunciet & declaret ac insuper alium terminum legitimum eis prefigat infra quem statuta edicta seu precepta prefata revocent de capitularibus suis aboleant de & super commissis & perpetratis debite satisfaciant moneat, alioquin ad ulteriores declaraciones aliarum penarum Apostolicarum & Imperialium presertim felicis recordacionis Honorij Pape tercij & dive memorie Frederici secundi & Karoli quarti ac aliorum Romanorum Pontificum & Imperatorum per terminos competentes successive procedat constitutionibus apostolicis stilo palacij ac statu cause quem pro sufficienter expresso habere dignemini & alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, Que quidem commissio sic signata fuit de consilio & assensu precognitorum, audiat idem Archidiaconus Metensis & sic constiterit de assertis aut parte eorum que sufficiat moneat culpabiles sub censuris ecclesiasticis declaret ut petitur si & prout de jure & justiciam faciat secundum qualitatem facti videtur concedenda, V. Patriarcha Alexandrinus, Phf Archiepiscopus Turonensis placet, placet michi F. Episcopo Papiensi, placet michi



F. Episcopo Pergamensi. Pro cujus quidem ultime commissionis & in ea contentorum verificatione & probacione per providum virum Magistrum Johannem Rodenhem in dicta synodo causarum & venerabilium virorum Dominorum Prelatorum Prepositorum Decanorum Capitulum Canonicorum & personarum tam majoris quam aliarum secundariorum & collegiarum ecclesiarum intra & extra muros ac totius cleri civitatis Maguntinensis principalium in pre insertis nobis factis & presentatis commissionibus principaliter nominatorum ab honorabilibus viris Dominis Richardo de cleen majoris & Hermanno Deys sancti Victoris extra muros Magunt: ecclesiarum canonicis eorundem Dominorum Prelatorum Prepositorum Decanorum Capitulum Canonicorum personarum atque cleri principalium sindicis & procuratoribus constitutis ad hanc causam legitime substitutum procuratorem prout de ipsorum procuratorum & sindicorum constitutionis & substitutionis mandatis in & ex actis hujusmodi cause nonnullis positionibus & articulis & pro illorum etiam probacione juribus & munimentis ad informandum animum nostrum de & super in dicta commissione contentis & deinde per providum virum Magistrum Wilhelmum de Brede etiam in dicta synodo causarum & providorum Magistrorum civium proconsulum consulum Magistratus civium incolarum & inhabitatorum gubernatorum & communitatis civitatis Maguntine ex adverso principalium in dicte commissionis ex adverso

verbo



verso principaliter nominatorum sindicum & procuratorem prout eciam de sue procuracionis sive mandato sindicatus apud acta cause predictae legitime constat ad hoc de mandato nostro legitime citatum nonnullis exceptionibus contra posiciones & articulos ac jura & munimenta ante tacta coram nobis successive exhibitis & productis dictisque positionibus & articulis ad probandum in loco hujus sacre synodi dumtaxat per nos admissis ac nonnullis testibus successive productis receptis admissis in forma juris juratis & de mandato nostro diligenter examinatis eorumque dictis & depositionibus in scriptis fideliter redactis & demum per nos visis subsequenter nos ad prefati Magistri Johannis Rodenhem procuratoris instanciam Magistrum Wilhelmum de Brede procuratorem ex adverso predictum ad videndum & audiendum literas monitorias & in eventum citatorias extra locum dicte synodi & ad partes contra ex adverso principales antedictos juxta pretacte commissionis vim formam & tenorem in forma solita & consueta decerni & concedi vel dicendum & causam si quam haberet rationabilem & legitimam quare id fieri non deberet allegandum per certum dicte synodi cursorem citari fecimus ad certum perempterium terminum competentem videlicet ad diem & horam inferius annotatos, in quibus comparens in judicio coram nobis Magister Johannes Rodenhem procurator predictus quo supra nomine prefati magistri Wilhelmi de Brede ex adverso procuratoris non comparentis contumaciam accusans



ipsumque contumacem reputari & in ejus contumaciam literas monitorias & in eventum citatorias extra locum dicte synodi & ad partes juxta prenarrate commissionis vim formam & tenorem in forma solita & consueta decerni & concedi per nos instanter postulavit, Nos igitur Guillelmus Archidiaconus judex & Commissarius dictum Magistrum Wilhelmum de Brede ex adverso procuratorem non comparentem reputavimus merito prout erat exigente justitia contumacem & in ejus contumaciam attendentes postulationem ejusmodi fore justam & consonam rationi volentesque in causa hujusmodi rite & legitime procedere ac equalitatem servare & partibus ipsis dante Domina justitiam ministrare ut tenemur, quia ex juribus & munimentis ac dictis & depositionibus testium predictorum comperimus in dicta commissione contenta saltem illa que pro obtinendo presentes nostras monitorias literas & in eventum citatorias sufficere videbantur veritate fulciri auctoritate dicte sacre synodi nobis commissa & qua fungimur in hac parte vos omnes & singulos supradictos & vestrum quemlibet in solidum tenore presentium requirimus & monemus primo secundo tercio & peremptorie vobis nichilominus & vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie & sub excommunicatione quam in vos & vestrum quemlibet infra scripta canonica monicione premissa ferimus in hijs scriptis, si ea que vobis in hac parte committimus & mandamus neglexeritis seu contempseritis contumaciter adimplere districte precipiendo



endo mandantes quatenus infra sex dierum spacium post presentacionem seu notificacionem presencium vobis seu alteri vestrum factam & postquam pro parte dictorum Dominorum Prelatorum personarum & Cleri principalium super hoc fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus immediate sequencium quorum sex dierum duos pro primo duos pro secundo & reliquos duos dies vobis universis & singulis supra dictis pro tercio & peremptorio termino ac monicione Canonica assignamus ita tamen quod in hijs exequendis unus vestrum alterum non expectet nec unus pro alio se excuset prefatos proconsules consules gubernatores & cives ex adverso principales in eorum proprijs personis si ipsorum presencias commode habere poteritis, alioquin in hospicijs habitacionum suarum si ad ea tutus pateat accessus & in parochiali seu parochialibus sub qua vel quibus degunt & morantur sin autem in Metropolitana Maguntina & dictis parochialibus ecclesijs infra missarum & aliorum divinorum sollempnia dum ibidem populi multitudo ad divina audienda vel alias convenerit alijsve ecclesijs & locis publicis de quibus ubi quando & quociens expediens fuerit ex parte nostra ymo verius dicte sacre synodi publice alta & intelligibili voce moneatis & requiratis primo secundo tercio & peremptorie quos nos eciam sic requirimus & moneamus communiter & divisim eis nichilominus & eorum cuilibet in virtute sancte obediencie & sub excommunicacionis pena quam in singulos ex dictis



dictis proconsulibus consulibus Gubernatoribus civibus ex adverso principalibus predictis de & super in prenarrata commissione contentis culpabiles ferimus in hijs scriptis, quamque quemlibet eorum hujusmodi nostris ymo verius dicte synodi monicionibus & mandatis contra facientes incurrere volumus ipso facto districte precipiendo mandantes quatenus infra quindecim dierum terminum post requisicionem & monicionem vestras hujusmodi eis factas immediate sequencium quem terminum eis & eorum cuilibet pro omni dilacione terminoque peremptorio ac monicione canonica assignetis quem nos eciam sic assignamus omnia & singula statuta edicta precepta & mandata per eos seu eorum auctoritate contra prefatos Dnos Prelatos & clerum ipsius civitatis Magunt: nec non statuta libertates consuetudines & privilegia eis & eorum ecclesijs concessa quomodolibet temere & de facto edita facta & proclamata cassent irritent revocont & annullent atque de capitularibus seu libro statutorum per eos in prejudicium prelatorum atque Cleri nec non statutorum libertatum consuetudinum & privilegiorum predictorum qualitercumque factis seu editis penitus deleant & aboleant ac deleri & aboleri faciant & procurent & amodo talia non committant nec non de violencijs injurijs invasionibus dampnis expensis & interesse per eos dictis Dominis Prelatis capitulis canonicis & personis seu aliquibus ex eis illatis de quibus in preinsertis commissionibus mencio fit satisfaciant realiter



liter & cum effectu ac debitam satisfactionem & emendam condignam impendant & nichilominus infra eundem quindecim dierum terminum nos vel alium forsan loco nostri interim surrogandum judicem & commissarium se hujusmodi nostris monicionibus & mandatis realiter & cum effectu paruisse obtemperasse & obedivisse certificent alioquin sic monitos modo & forma premiffis peremptorie citari curetis quos nos eciam tenore presencium sic citamus quatenus ultima die earum quindecim dierum si juridica fuerit & nos vel surrogandus predictus ad jura reddendum pro tribunali federimus vel federit alioquin proxima die juridica ex tunc immediate sequente qua nos vel surrogandum prefatum Basilee in ambitu monasterij Fratrum minorum pro audientia causarum dicte synodi specialiter deputato hora causarum consueta ad jura reddendum pro tribunali federe contigerit compareant in judicio legitime coram nobis vel surrogando predicto per se vel procuratorem seu procuratores suos ydoneos ad causam seu causas hujusmodi sufficienter instructos ad videndum & audiendum se dictam excommunicationis sententiam per nos ut prefertur latam incurrisse & contumaciter incidisse dictaque statuta edicta precepta & mandata per nos vel surrogatum predictum revocari cassari irritari & annullari ac cassa irrita atque nulla pronunciari declarari vel dicendum & causam si quam haberent justam & rationabilem quare premissa fieri non debeant allegandum edendum faciendum audientium



dum ostendendum & recipiendum quod iustum fuerit & ordo dictaverit rationis certificantes nichilominus eosdem sic monitos & citatos quod sive in dicto citacionis termino ut premissum est comparare curaverint sive non Nos nichilominus vel surrogandus prefatus ad declaracionem dicte excommunicacionis sentencie & alias graviores penas sentencias & censuras prout juris fuerit iuxta prenarrate commissiois vires & effectum ac facti qualitatem procedemus seu procedet dictorum monitorum & citatorum absentia sive contumacia in aliquo non obstante, Diem vero executionis monicionis & citacionis vestrarum huiusmodi atque formam & quidquid in premissis duxeritis faciendum nobis per vestras patentes litteras aut instrumentum publicum harum seriem seu designationem in se continentes sive continens remissis presentibus fideliter intimare curetis, Absolucionem vero omnium & singulorum qui prefatam nostram excommunicacionis sentenciam incurrerint quoquomodo nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum presentes nostras litteras monitorias & in eventum citatorias ex inde fieri & per notarium publicum nostrumque & huiusmodi cause coram nobis scribam infra scriptum subscribi & publicari mandavimus nostrique sigilli iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Basilee in ambitu monasterij Fratrum Minorum predicto nobis inibi hora vesperarum & caularum consueta
 ad

ad jura reddendum in loco nostro solito pro tribunali sedentes sub anno à Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo tercio indicatione undecima die vero Mercurij vicesima tertia mensis Decembris Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Dni Eugenij Divina providencia Pape quarti anno tercio presentibus ibidem discretis viris Magistris johanne Bernardi & johanne Cariete notarijs publicis scribisque nostris clericis Leodiensis Diocesis & Mediolanensis civitatis testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Et Ego Hermannus jegir de spangenberg clericus Moguntinensis diocesis publicus imperiali auctoritate Notarius dictique Reverendi Patris Guillermi judicis & commissarij & hujusmodi cause coram eo scriba quia predictis litteris monitorijs petitioni & decreto omnibusque alijs & singulis premissis dum sic ut premittitur fierent & agerentur una cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi & audivi ideo presens publicum instrumentum per alium fideliter scriptum exinde confeci subscripsi publicavi & in hanc publicam formam redegi signoque & nomine meis solitis & consuetis una cum prefati Domini Guillermi judicis & Commissarii sigilli appensione consignavi in fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum rogatus & requisitus.



PRO ILLUSTRANDIS PRECIBUS SUPRA
NUMERO XXIII. SEQ. DATIS FACIUNT
HAEC QUAE SEQUUNTUR.

De jure Primariarum precum Gallis *Droit Royal de joyeux avenement* uti & de simili jure, quod sub nomine *Brevet de serment de fidelité* exercetur, copiosissime & magno cum eruditionis apparatu differunt *Mr. DURAND DE MAILLANE Avocat au Parlement d'Arc dans le Dictionnaire de Droit Canonique & de pratique beneficiaire a Lyon IV Vol. in 4.* sub articulo BREVET. ubi §. de l'Origine & fondement du Droit Royal de joyeux avenement. §. 4. des Egüses & Benefices sujets au Droit de joyeux avenement. §. 5. Dans quel genre de Vacance les Brevets de joyeux avenement ont lieu. §. 6. des qualités & Privileges des Brevetaires de joyeux aven. §. 7. de la forme des Brevets & de leur Execution §. 9. du Brevet de serment de fidelité. §. 10. de l'anciennete & du fondement de ce Droit. §. 11. sur quels Benefices s'étend ce Droit, a quel genre de Vacance & dans quels pays. §. 12. de la forme & Execution des Brevets de serment de fidelité avec des formulaires in extenso.



1



MAY 31 1955

